

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

**THEOPHRASTI CHARACTERES.**

**MARCUS ANTONINUS.**

**EPICTETUS. SIMPLICIUS. CEBES.**


**MAXIMUS TYRIUS.**

PARISIIS. — EXCLUEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

THEOPHRASTI  
CHARACTERES,  
MARCI ANTONINI COMMENTARII,  
EPICTETI  
DISSERTATIONES AB ARRIANO LITERIS MANDATAE,  
FRAGMENTA ET ENCHIRIDION  
CUM COMMENTARIO SIMPLICII,  
CEBETIS TABULA,  
MAXIMI TYRII DISSERTATIONES.  
GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS.

THEOPHRASTI CHARACTERES XV ET MAXIMUM TYRIUM  
EX ANTIQUISSIMIS CODICIBUS ACCURATE EXCUSSIS EMENDAVIT

FRED. DÜBNER.



K. 22. 53

PARISIIS,  
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,  
INSTITUTI REGII FRANCIE TYPOGRAPHO,  
VIA JACOB, 56.

M DCCC XLII

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ  
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ  
ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ  
ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Περὶ τοῦ πάππου Οὐέντρου, τὸ καλόθεος καὶ ἀδόργητον.

β'. Παρὰ τῆς δόξης καὶ μνήμης, τῆς περὶ τοῦ γεννήσαντος, τὸ αἰδῆμον καὶ ἀρέφενικόν.

γ'. Παρὰ τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεῖδες καὶ μεταδοτικόν· καὶ ἐρεχτικὸν οὐ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπὶ ἔννοίας γίνεσθαι τοιαύτης. Ἐτι δὲ τὸ λιτὸν κατὰ τὴν δίαιταν καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς.

δ'. Παρὰ τοῦ προπάππου, τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατρίβας φοιτῆσαι· καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' ὅλον χρήσασθαι, καὶ τὸ γνῶναι, διτε εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλόσκειν.

ε'. Παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε Πρασιανὸς, μήτε Βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος ἢ σκουτάριος γενέσθαι· καὶ τὸ φερέπονον καὶ ὄλιγοδεῖς καὶ αὐτούργικον· καὶ τὸ ἀπολύτραγυμον καὶ τὸ δυσπρόσδεκτον διαβολῆς.

ζ'. Παρὰ Διογύνητον, τὸ ἀκενόσπουδον· καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοῆτων περὶ ἐπινῦδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομῆς καὶ τῶν τοιούτων λεγμάνους· καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιτοῦσθαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παρθρησίας καὶ τὸ οἰκεωθῆναι φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ ἀκοῦσαι, πρῶτον μὲν Βαχχίου, εἶτα Τανδασίδος καὶ Μαρκιανοῦ· καὶ τὸ γραψῆναι διαλόγους ἐν παιδί· καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ δύσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἔχόμενα.

η'. Παρὰ Ρουστίκου, τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ γρήγορεν διορθώσεως καὶ θεραπείας τοῦ ἥθους· καὶ τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ἔγχον σοφιστικὸν, μηδὲ [ τὸ ] συγγραφεῖν περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ προτρεπτικὸν λογάρια ἵσιαλγεσθαι, ἢ φαντασιολόγικτον τὸν ἀσκητικὸν, ἢ τὸν εὐεργετικὸν ἀνδρὸν ἐπιδείκνυσθαι· καὶ τὸ ἀποστῆναι ῥήτορικής, καὶ ποιητικῆς, καὶ ἀστειολογίας· καὶ τὸ μὴ, ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· καὶ τὸ τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν, οἷον τὸ ὑπὸ αὐτοῦ τούτου ἀπὸ Σινοέσσης τῇ μητρὶ μου γραφέν· καὶ τὸ πρὸς τοὺς χαλεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐταναλγήτως καὶ εὐδιαλλάκτως, ἐπειδὸν τάχιστα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἔθελήσωσι, διακείσθαι· καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγνώσκειν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοῦντα δλοσχερῶς· μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι ταχίων συγκατατίθεσθαι· καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητεῖοις ὑπομνήμασιν, ὃν οἶκοθεν μετέδωσε.

π. ANTONINUS.

MARCI ANTONINI  
IMPERATORIS  
COMMENTARIORUM  
QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,  
LIBER PRIMUS.

1. Avi Veri exemplo operam me dare oportet, ut naviibus sim moribus neque irae indulgeam.

2. Existimatione et recordatione genitoris mei ad verecundiam et animum viro dignum excitari deboeo.

3. In matre exemplum habui, pietatis in Deos et liberalitatis; abstinentiae non solum a malo perpetrando, veruna etiam cogitando; tum frugalitatis in victu, quæ ab opulentorum vita et consuetudine longissime abeat.

4. A proavo habui, quod publicos litterarum ludos non frequentavi, et domi bonis præceptoribus usus sum, atque intellexi, in talibus rebus non parcendum esse impensis.

5. Ab educatore, ne in circo spectator Prasianus aut Venetianus neve parmularius aut scutarius fierem, ut labores sustinerem, paucis indigerem, ipse operi manus admovearem, rerum alienarum non essem curiosus, nec facile delationem admitterem.

6. Diogenetus me monuit, ne studium in vanas res conferrem neque iis fidem haberem, quæ a præstigiatoribus et impostoribus de incantationibus et daemonum expulsione aliisque ejus generis rebus narrantur; neque coturnices alearem, neve insana talium rerum admiratione tenerer; ut libere dicta æquo animo ferrem, philosophia me addicerem et primum quidem Bacchium, deinde vero Tandasidem et Marcianum audirem; ut dialogos puer adhuc scriberem, ut grabatum et pellem et ejus generis omnia, quæ ad Græcam disciplinam pertinent, expeterem.

7. Rustico deboeo, quod in cogitationem veni, mili morum emendatione et curatione opus esse; quod neque ad æmulationem sophisticam declinavi, neque de theorematis commentatus sum, aut exhortatorias oratiunculas declamavi, aut virum strenue exercilia subeuntem munificumve me ostentando homines in admirationem mei rapere studui; quod a rhetorice, poesis et elegantioris dictionis studio abstinui; quod non elegantiore veste indutus domi incedo; quod epistolas simpliciter scribo instar ejus, quam is ipse Sinuessa ad matrem meam dedit; quod, si qui me irritaverint aut aliquid deliquerint, iis placabilem et ad reconciliandum facilem me prebeo, simul atque in gratiam redire volunt; quod diligenter legere soleo, non contentus sum maria rei intelligentia, neque garrulis properanter assentior; quod commentarios Epicteti legi, quorum mihi ipse copiam fecit.

3

η'. Παρὰ Ἀπολλωνίου, τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀναμφι-  
βόλως ἀκύρευτον· καὶ πρὸς μηδὲν ὅλο ἀποδέπειν,  
μηδὲ ἐπ' ὀλίγον, ή πρὸς τὸν λόγον· καὶ τὸ δὲ σμοῖον,  
ἐν ἀλγήδοσιν οξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνου, ἐν μακροῖς  
νόσοις· καὶ τὸ ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος ἰδεῖν ἐναργῶς,  
ὅτι δύναται διάτοξις σφοδρότατος εἶναι· καὶ ἀνειμένος·  
καὶ τὸ ἐν ταῖς ἔξηγήσεσι μὴ δύσκεραντικόν· καὶ τὸ ἰδεῖν  
ἀνθρώπων σαρῶν ἐλάχιστον τῶν ἔστιντον καλῶν ἡγούμε-  
νον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐντρέχειαν τὴν περὶ τὸ πα-  
ραδίδοντα τὰ θεωρήματα· καὶ τὸ μαθεῖν, πῶς δεῖ λαμ-  
βάνειν τὰς δοκούσας χάριτας παρὰ φίλων, μήτε  
ἔηττώμενον διὰ ταῦτα, μήτε ἀναισθήτως παραπέμ-  
ποντα.

θ'. Παρὰ Σέξτου, τὸ εὐμενές· καὶ τὸ παράδειγμα  
τοῦ οἴκου τοῦ πατρονομουμένου· καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ  
κατὰ φύσιν ζῆν· καὶ τὸ σεμιὸν ἀπλάστως· καὶ τὸ στο-  
ραστικὸν τῶν φίλων κηδεμονιῶν· καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν  
ἰδιωτῶν, καὶ τὸ ἀθεωρητὸν τῶν οἰομένων· καὶ τὸ πρὸς  
πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας μὲν πάσης προστη-  
νεστέραν εἶναι τὴν διμήλιαν αὐτοῦ, αἰδεσιμώτατον δὲ  
αὐτοῖς ἔχεινος παρ' αὐτὸν ἔχειν τὸν καιρὸν εἶναι· καὶ  
τὸ καταληπτικῶν καὶ δῶδε ἔξευρετικόν τε καὶ ταχικὸν  
τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων· καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασίν  
ποτε δρῆς, ή ἀλλοι τινὸς πάθους παρασχεῖν, ἀλλὰ ἀμα-  
μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἀμα δὲ φιλοστοργότατον· καὶ τὸ  
εὐφημον, καὶ τοῦτο ἀμφορτῆ· καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπι-  
φάντως.

ι'. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ ἀνεπί-  
πληκτον· καὶ τὸ μὴ διειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν  
βάρβαρον, ή σόλοικον τι, ή ἀπηγέλεις προενεγκαμένων,  
ἄλλ' ἐπιδέξιος αὐτὸ μόνον ἔκεινον, δέδει εἰρήσθαι, προ-  
φέρεσθαι, ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ή συνεπιμαρτυρήσεως,  
ή συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐχὶ περὶ  
τοῦ ῥήματος, ή δι' ἔτερας τινὸς τοιούτης ἐμμέλοις πα-  
ριπομνήσεως.

ια'. Παρὰ Φρόντωνος, τὸ ἐπιστῆσαι, οἷα ἡ τυρα-  
νικὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόχρισις, καὶ δτι ὡς  
ἐπίπταν οἱ καλούμενοι οὗτοι παρ' ἡμῖν εὐπατρίδαι, ἀστορ-  
γύτεροι πως εἰσί.

ιβ'. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πλατωνικοῦ, τὸ μὴ πολ-  
λάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρὸς τινα, ή ἐν ἐπι-  
στολῇ γράφειν, δτι δσχολός εἰμι· μηδὲ διὰ τούτου τοῦ  
τρόπου συνεχῶς παρατεῖναι τὰ κατὰ τὰς πρὸς τοὺς  
συμβιοῦντας σχέσεις καθίκοντα, προβαλλόμενον τὰ πε-  
ριεστῶτα πράγματα.

ιγ'. Παρὰ Κατούλου, τὸ μὴ διλγώρως ἔχειν φίλου  
αἰτιωμένου τι, καὶ τύγχη ἀλόγως αἰτιώμενος, ἀλλὰ πει-  
ράσθει· καὶ ἀποκαθιστᾶναι ἐπὶ τὸ σύνηθες· καὶ τὸ περὶ  
τῶν διδασκαλῶν ἐκθύμως εὐφημον, οἷα τὰ περὶ Δομι-  
τίου καὶ Ἀθηνοδότου ἀπομνημονεύμενα· καὶ τὸ περὶ τὰ  
τέκνα ἀληθινῆς ἀγαπητικοῦ.

ιδ'. Παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου Σεουήρου, τὸ φιλοίκειον,  
καὶ φιλαλήθες, καὶ φιλοδίκαιον· καὶ τὸ δι' αὐτὸν γνῶναι  
Θρασσέαν, Ἐλεῖδιον, Κάτωνα Δίωνα, Βροῦτον, καὶ

8. Apollonii *exemplio didici liberum esse et sine dubi-  
tatione cautum et circumspectum*, neque aliud quidquam  
vel minimum respicere, nisi rationem; mei similem semper  
esse in doloribus acerrimis, in prolis amissione, in moebis  
diuturnis; *eidem acceptum refero*, quod mihi contigit, ut  
in vivo exemplo perspecte viderem, eundem et constantissi-  
mum esse posse et remissum; *in eo ridi studium in enar-  
randis philosophorum scriptis a morositate alienum atque  
conspexi horinem*, qui peritiam ac sollertia qua in tra-  
deundis theorematiis pollebat, manifesto bonorum suorum  
minimum existimabat; *ab eo didici*, quomodo beneficia,  
quae putantur, ab amicis sint accipienda, ut neque propter  
ea addicti fiamus, neque ea sine *grati animi* sensu præ-  
termittamus.

9. In Sexto *suspxi benevolentiam et exemplum domus*  
paterno affectu administratæ, et intelligentiam vitæ secun-  
dum naturam institutæ, et gravitatem non simulatam;  
item sollicitam in explorandis amicorum necessitatibus dili-  
gentiam; tolerantiam erga imperitos et temere opinantes;  
studium ejus ad omnes se accommodandi, ita ut consuetudo  
ejus omni adulazione gratior eset, eodemque tempore  
iisdem maxime venerandus videretur; artem per notiones  
claras et perspicuas via ac ratione præcepta ad vitæ usum  
necessaria reperiendi et ordine collocandi: *idem* neque ira  
unquam neque alias cuiusquam perturbationis indicium de-  
dit, sed sinul et affectibus maxime immunis et amantissi-  
mus fuit, bona famæ studiosus, idque sine strepitu, et eru-  
ditus sine ostentatione.

10. Alexandrum Grammaticum *observavi* ab increpationib-  
us sibi temperare, neque probrose vituperare, qui bar-  
barum aut solecum aliquid vel absonum proferunt, sed  
dextre id modo, quod dici debet, proponere, aut respon-  
dendi aut confirmandi aut de re ipsa, non de verbo, deli-  
berandi specie usum, aut alia ejusmodi scita commonefa-  
ctione.

11. A Frontone *didici intelligere*, qualis sit tyrannorum  
et invidentia et versutia et simulatio; eosque, qui a nobis  
patricii appellantur, ut plurimum a genuino paterni animi  
affectu alieniores esse.

12. Ab Alexandro Platonicō, ne smpē nec nisi necessitate  
coactus alii dicerem vel in epistola scriberem, me esse  
occupatum, neque hac ratione continuo recusarem officia,  
quaes rationes ad eos, quibuscum viverem, exigerent, ne-  
gotia urgentia prætendens.

13. A Catulo, ne parvi facerem amicum aliquid culpan-  
tem, etiam si forte temere culparet, quin etiam periculum  
facerem eum in pristinum statum restituendi; item ut li-  
benter præceptorum laudes celebrarem, quemadmodum de  
Domitio et Athenodoto memoriae proditum est; ut liberos  
meos sincera pietate prosequeret.

14. A fratre meo Severo, propinquorum et veritatis et  
justitiae studiosum esse: per eundem Thraceam, Helvidium,  
Catonem, Dionem, Brutum cognovi et animo concepi imagi-

φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ισονόμου, καὶ τὰ ισότητα καὶ ισηγορίαν διοικουμένης, καὶ βασιλείας τιμώσης πάντων μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀρχομένων· καὶ ἔτι περὶ αὐτοῦ τὸ δημαλές καὶ δυότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας· καὶ τὸ εὐποιητικόν, καὶ τὸ εὐμετάδοτον ἔκτενος, καὶ τὸ εὐελπίης, καὶ τὸ πιστευτικὸν περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι· καὶ τὸ ἀνεπίχρυστον πρὸς τοὺς καταγνώσεις ὥπ' αὐτοῦ τυγχάνοντας· καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι στοχασμοῦ τοὺς φίλους αὐτοῦ περὶ τοῦ, τί θέλει ἢ τί οὐ θέλει, ἀλλὰ δῆλον εἶναι.

ιε'. Παρὰ Μαζίμου, τὸ κρατεῖν ἔστιον, καὶ κατὰ μηδὲν περίφορον εἶναι· καὶ τὸ εύθυμον ἐν τε ταῖς ἀλλαῖς περιστάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις καὶ τὸ εὔχρατον τοῦ ϕίλους, καὶ μειλήσιον, καὶ γεραρόν· καὶ τὸ οὐ σχετλίως κατεργαστικὸν τῶν προκειμένων· καὶ τὸ πάντας αὐτῷ πιστεύειν, περὶ ὃν λέγοι, θτὶ οὗτος φρονεῖ, καὶ περὶ ὃν πράττοι, δτὶ οὐ κακῶν πράττει· καὶ τὸ ἀθαύμαστον, καὶ ἀνέκπληκτον, καὶ μηδαμοῦ ἐπειγόμενον, ἢ ὀκνοῦν, ἢ ἀμπτηγανοῦν, ἢ κατηφές, ἢ προσεστήρος, ἢ πάλιν θυμαύσιενον, ἢ ὑφρούμενον· καὶ τὸ εὐεργετικόν, καὶ τὸ συγγνωμονικόν, καὶ τὸ ἀλύειδές, καὶ τὸ ἀδιαστρόζου μᾶλλον, ἢ διορθουμένου φαντασίαν παρέχειν· καὶ δτὶ οὔτε ὄγκη ἀν ποτέ τις ὑπερορθόται ήπ' αὐτοῦ, οὔτε ὑπέμεινεν ἀν κρίττονα αὐτοῦ αὐτὸν ὑπολαβεῖν· καὶ τὸ εὖ χαριεντίζεσθαι.

ιε'. Παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ ξιμερον, καὶ μενετικὸν ἀσαλεύτως ἐπὶ τῶν ἔξητασμένων κριθέντων· καὶ τὸ ἀκενόδοξον περὶ ταῖς δοκούσας τιμάς· καὶ τὸ φιλόπονον καὶ ἐνδελεχές· καὶ τὸ ἀκουστικὸν τῶν ἔχόντων τί κοινωφέλες εἰσέρχεται· καὶ τὸ ἀπαρατέπτως τοῦ κατ' αξίαν ἀπονεμετικὸν ἔχαστον· καὶ τὸ ἔμπτειρον, ποῦ μὲν χρέα ἔντασται, ποῦ δὲ ἀνέστεως· καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μειρακίων· καὶ ἡ κοινονομισμοῦν· καὶ τὸ ἔρεισθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες· δεὶ δὲ δύκιοιν αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρέας τινὰς ἀπολειφθέντων· καὶ τὸ ζητητικὸν ἀρχιρῶν ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον, ἀλλ' οὐ τὸ προαπότελτης ἔρευνης, ἀρκεσθεῖς ταῖς προχείροις φαντασίαις· καὶ τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων, καὶ μηδαμοῦ ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανές· καὶ τὸ αὐτάρκες ἐν παντὶ, καὶ τὸ φαιδρόν· καὶ τὸ πόδρωμέν πρωτητικὸν, καὶ τὸν ἐλαχίστων προδιοικητικὸν ἀτραγύων· καὶ τὸ ταῖς ἐπιβοήσεις καὶ πᾶσαν κολακεῖαν ἐπ' αὐτοῦ σταλῆναι· καὶ τὸ φιλακτικὸν δεὶ τῶν ἀναγκαῖων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, καὶ ὑπομενετικὸν τῇς ἐπὶ τῶν τοιούτων τινῶν καταιτιάσεως· καὶ τὸ μήτε περὶ [τοὺς] Θεοὺς δεισιδαιμόν, μήτε περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικὸν, ἢ ἀρεσκευτικὸν, ἢ ὀχλοχρές, ἀλλὰ νῆσον ἐν πᾶσι, καὶ βέβαιον, καὶ μηδαμοῦ ἀπειρόχαλον, μηδὲ καινοτόμον. Καὶ τὸ τοῖς εἰς εἰμάρεισαν βίον φέρουσί τι, ὃν ἡ τύχη παρέχει διψήλειαν, γρηστικὸν ἀτύφωα ἔμμα καὶ ἀπροφασίστως, ὥστε παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἀπτερεῖαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι, καὶ τὸ μηδὲ ἀν τινὰ εἰπεῖν, μήτε δτὶ σοφιστής, μήτε δτὶ οὐερνάχλος,

nem reipublicæ liberæ, in qua æquis legibus et eodem jure omnia administrentur, et regni, quod civium libertatem omnium maximi æstimet; præterea ab eodem, sequalem et constantem esse in studio philosophiæ; benefacere et impense largiri, bene sperare et neutiquam dubitare de amicorum amore: is quoque non usus est dissimulatione erga eos, qui vituperandi videbantur, neque amicis ejus opus erat, ut quid vellet aut nolle. conjectura assequerentur, sed id apertum fuit.

15. In Maximo cognovi illud, sui compotem esse neque illa re transversum abripi; animo esse bono, tum in aliis rebus adversis, tum in morbis; moribus uti et suavitate et gravitate bene temperatis; negotia, quæ impendent, non gravatae perficere. Quidquid ille dixit, id ex animi sententia eum dicere, et quidquid egit, id consilio non malo eum agere, omnes persuasum habebant: porro nihil admirari et ad nihil obstupescere; nec festinare neque cunctari neque consilli expertem aut dejectum esse, neque nunc hilarem esse et rursus irasci et suspiciosum esse; liberalē esse et promptū ad ignoscendum; mendacium fugere, atque hominis non eversi potius, quam erecti specimen exhibere: neque quemquam ab eo contemptui se habitum existimasse, neque ansum esse se illi præferre; denique honeste urbanum esse.

16. A patre mansuetudinem et immotam in iis, quæ diligenter considerata sunt, perseverantiam, vanæ gloriae ab opinatis honoribus quæsitæ contemptum, amorem laborum et assiduitatem, animum promptum ad audiendos eos, qui aliquid, quod ad publicam utilitatem spectat, afferant, firmam constantiam in tribuendo cuique, quod ejus dignitas postulat, peritiam, ubi intentione opus sit, ubi remissione: coercere amores puerorum; civilitati morum studere; amicis concedere, ut neque cor næ semper adsint neque in illicebus sese necessario comites præbeant; semper similem sui deprehendi ab iis, qui necessitate aliqua impediti ab eo absuere; in consiliis diligenter inquire atque constanter, neque vero a destituti ab indagatione contentus obvia rerum specie. » Amicos retinendi studiosum esse, eos nec fastidio mutantem nec perdite amantem; contentum esse in omnibus et vultu serenum; et longinquò prospicere et etiam ad minima administranda parari sine strepitu; acclamations et omnem adulatationem sub eo repressam esse; opes reipublicæ necessarias semper conservare, sumptus publicos parce erogare et æquo animo ferre quorundam his de rebus reprehensiones, neque circa deos superstitionis esse, neque circa homines popularem auram captantem, blandientem, plebem demerentem, sed sobrium in omnibus et constantem, nusquam ineptum nec novitatum studiosum; rebus, quæ ad vita cursum faciliorem reddendum faciunt, quarum copiam uberrimam assert natura, sine fastu pariter atque sine excusatione uti, ita ut præsentibus sine affectatione frueretur, absentibus non indigeret; nec dicere posse quemquam, sophistam eum fuisse aut vernam aut schola.

μήτε δι τη σχολαστικὸς, ἀλλ' δι τὴν πέπειρος, τέλειος, ἀκολάχευτος, προεστάναι δυνάμενος καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶν φιλοσοφούντων, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἔξονειστικὸν, οὐδὲ μὴν εὐπαράγωγον ὑπ' αὐτῶν ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον, καὶ εὔχαρις οὐ κατακόρως καὶ τὸ τοῦ ἰδίου σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρων, οὔτε ὡς ἂν τις φιλόζωος, οὔτε πρὸς καλλωπισμὸν, οὔτε μὴν ὀλιγάρχως ἀλλ' ὥστε δὲ τὴν ἴδιαν προσοχὴν εἰς ὀλίγιστα λατρικῆς χρήσειν, ἢ φαρμάκων καὶ ἐπιθεμάτων ἕκτος. Μάλιστα δὲ τὸ παραγωρτικὸν ἀδιασκάντων τοῖς δύναμιν τινὰ κεχτημένοις, οἷον τὴν φραστικὴν, ἢ τὴν ἔξιστορίας νόμων, ἢ ἔθων, ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων καὶ συσπουδαστικὸν αὐτοῖς, ἵνα ἔκαστοι κατὰ τὰ ἴδια προτερήματα εὐδοκιμῶσι· πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια πράσσονται, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπιτηδεύων φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν. Ἐτὶ δὲ τὸ μὴ εὐμετακίνητον καὶ βιτταστικὸν, ἀλλὰ καὶ τόποις, καὶ πράγμασι τοῖς αὐτοῖς ἀνδιατριπτικὸν καὶ τὸ μετά τοὺς παραξενούς τῆς κεφαλαλγίας, νεαρὸν εὐθὺς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὸ συνήθη ἔργα· καὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ πολλὰ τὰ ἀπόρρητα, ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ σπανιώτατα, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν κοινῶν μόνον· καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἐν τε θεωρίων ἐπιτελέσαι, καὶ ἔργων κατασκευαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις πρὸς αὐτὸν [ἔξει] τὸ δέον πραγθῆναι δεδορκότος, οὐ πρὸς τὴν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν εὐδοξίαν. Οὐκ ἐν ἀωρῷ λούστης, οὐχὶ φιλοκαθόδομος, οὐ περὶ τὰς ἐδῶνδες ἐπινοητής, οὐ περὶ ἐσθήτων ὑφάσις καὶ χρόας, οὐ περὶ σωμάτων ὁρᾶς. Ἡ ἀπὸ Λωρίου στολὴ ἀνάγουσσα ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως, καὶ τῶν ἐν Λαουνίῳ τὰ πολλά· τῷ τε τελώνῃ ἐν Τούσκλοις παραπομένων ὡς ἔγραπτο, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος. Οὐδὲν ἀπόνες, οὐδὲ μὴν ἀδυστηπτον, οὐδὲ λάθρον, οὐδὲ, ὡς ἄν τινα εἰπεῖν ποτε, « ἡνὶς ἱδρῶτος » ἀλλὰ πάντα διειλημμένα λεογρίσθαι, ὡς ἐπὶ σχολῆς, ἀταράχης, τεταγίσινος, ἔργωμένος, συμφάνως ἑστοῦς, Ἐρχαρμόσει δὲ ἀντῷ τὸ περὶ τοῦ Σωκράτους μνημονεύμενον, δι τοιοῦτον τῶν Θεῶν δὲ εὐποίᾳ, τὸ μηδεμίαν συνδρομήν πραγμάτων γενέσθαι, ητὶς ἔμελλέ με ἀλέγειν. Καὶ τὸ μὴ ἐπὶ πλέον ἔκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τοῦ πάππου· καὶ τὸ τὴν ὄραν διασῶσαι· καὶ τὸ μὴ πρὸ ὄρων ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τοῦ γρόνου. Τὸ ἔργοντι καὶ πατρὶ ὑποταγθῆναι, δι ἔμελλε πάντα τὸν τύχον ἀξιαρχῆσειν μοῦ, καὶ εἰς ἔννοιαν ἀξεῖν

sticum, sed virum maturum, perfectum, adulatione superiorum, qui et suis et aliorum rebus praeesse posset. Praeter haec vere philosophantes colere, ceteros neque probro afficere neque tamē ab iis transversum abripi; porro suavem esse in vita consuetudine et festivum nec vero ad fastidium usque; corpus suum cum temperantia quadam curare, non ut vita avidum, aut ad ornatum luxumve, neque tamē negligentem, quo factum est, ut propter suam diligentiam in paucissimis arte medicorum remediis internis et externis opus haberet. Potissimum autem sine invidia loco cedere, si qui majore quadam facultate pollebant, ut eloquentia aut doctrina juris morumve aut aliarum rerum cognitione, et simul cum iis operam dare, ut singuli pro iis, quibus quisque excellebat, facultatibus, existimationem consequerentur; omnia more majorum agere, ne illud quidem ipsum affectantem, ut morem majorum servare videatur; tum porro non facile moveri et hoc illuc jactari, sed in iisdem et locis et negotiis immorari; post vehementissimos capitis dolores statim juvenilem ac vegetum ad consueta negotia redire; non multa habere arcana, sed paucissima ac rarissima, eaque tantum ad res publicas spectantia; prudentiam ac moderationem in muneribus edendis, operibus exstruendis, congiariis largiendis et ejusmodi rebus, \* quae sunt hominis id ipsum quod agi oportet nec vero laudem e rebus gestis efflorescentem spectantis; non intempestive balneis uti, non de aedibus exstruendis laborare, non de cibaris curiosum esse neve vestimentorum textura et colore neve de servitiorum specie; \* vestem e Lorio, villa inferius sita, et Lanuvini villis ei plerumque in usu fuisse; erga portitorum Tuscanum deprecantem quomodo se gesserit, et qualis fuerit omnis sic agendi ratio. Nihil immite, nihil inverecundum, nihil vehemens, neque ut dixeris « usque ad sudorem : » sed omnia singulatim sumpta esse perpensa, quasi per otium, sine perturbatione, ordine, constantia, convenienter inter se. Conveniret in eum, quod de Socrate memoriae traditum est, eum et abstinere et frui potuisse iis, quibus plerique nec abstinere per infirmitatem nec frui sine intemperantia possunt; posse autem in altero robustum, in altero temperantem ac sobrium se prestatre, id vero viri est firmo animo invictoque praediti, quem se in Maximi morbo praestitit.

ι<sup>ς</sup>. Παρὰ τὸν Θεῶν, τὸ ἀγαθὸς πάππους, ἀγαθοὺς γονέας, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθὸς διδασκάλους, ἀγαθὸς οἰκείους, συγγενεῖς, φίλους, σχεδὸν ἀπαντας ἔχειν. Καὶ δι τοιοῦτον τῶν Θεῶν δὲ εὐποίᾳ, τὸ μηδεμίαν συνδρομήν πραγμάτων γενέσθαι, ητὶς ἔμελλέ με ἀλέγειν. Καὶ τὸ μὴ ἐπὶ πλέον ἔκτραφῆναι πατρὸν τὴν παλλακήν τοῦ πάππου· καὶ τὸ τὴν ὄραν διασῶσαι· καὶ τὸ μὴ πρὸ ὄρων ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τοῦ γρόνου. Τὸ ἔργοντι καὶ πατρὶ ὑποταγθῆναι, δι ἔμελλε πάντα τὸν τύχον ἀξιαρχῆσειν μοῦ, καὶ εἰς ἔννοιαν ἀξεῖν

17. A Diis bonos avos, bonos parentes, bonam sororem, bonos præceptores, bonos familiares, necessarios, amicos, omnes sere habui: *iisdem debo*, quod in neminem eorum temere quidquam deliqui, quamquam ita animo affectus, ut, si res tulisset, utique ejusmodi aliquid admisissem, sed deorum benevolentia non ita ceciderunt res, ut in reprobationem incurrerem; quod non diutius apud pellicem aveneritus sum, et quod ætatis florem indelibatum servavi nec ante justum tempus virilitatis specimen dedi, sed ultra etiam distuli; quod principi ac patri subjectus fui, qui

τοῦ, οὗ δυνατόν ἔστιν, ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορῆσαν χρήσιν, μήτε ἑσθίων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων, καὶ ἀνδρίστων [τοιῶνδε τινῶν], καὶ τοῦ δμοίου κόμπου· ἀλλ ἔξεστιν ἐγγυτάτῳ ἴδιωτον συστέλλειν ἔστον, καὶ μὴ διὰ τοῦτο ταπεινότερον, ἢ φαθμούτερον ἔξειν πρὸς τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶν πραχθῆναι δέοντα. Τὸ ἀδελφοῦ τοιούτου τυχεῖν, δυναμένου μὲν διὰ τὸν ἕπειραί με πρὸς ἐπιμέλειαν ἐμάυτοῦ, ἅμα δὲ καὶ τιμῆς καὶ στοργῆς εὐφράνοντάς με· τὸ παιδία μοι ἀρνῦ μη, γενέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωμάτιον διάστροφα· τὸ μὴ ἐπὶ πλέον με προσοῦφαί εἰν ῥητορικῆς, καὶ ποιητικῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἐν οἷς ἵσως ἀν κατεσχέθην, εἰ ἡσθόμην ἐμάυτον εὐόδως προίσοντα. Τὸ φθεῖσαι τοὺς τροφέας ἐν ἀξιώματι καταστῆσαι, οὐδὲ διὰ ἔσάκουν μοι ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἀπίδι τοῦ με, ἐπεὶ νέοι ἔτι ἡσαν, ὅπεραν αὐτὸν πράξειν. Τὸ γνῶναι Ἀπολλώνιον, Ρούστικον, Μάξιμον. Τὸ φαντασθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου ἐναργῶς καὶ πολλάτις, οἷς τίς ἔτοι· ὧστε, δονος ἐπὶ τοῖς Θεοῖς, καὶ ταῖς ἔκειθεν δόσεσι καὶ συλλήψεις καὶ ἐπιπνοίαις, μηδὲν κωλύειν ἔδη κατὰ φύσιν ἔγινε με, ἀπολεῖπεσθαι δὲ ἔτι τούτου παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ Θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μονονούχη διδασκαλίας· τὸ ἀντισχεῖν μοι τὸ σῶμα ἔτι τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ· τὸ μήτε Βενεδίκτης ἀψασθαι, μήτε Θεοδότου, ἀλλὰ καὶ ὅπεραν ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶνται· τὸ χαλεπητάτα πολλάκις Ρουστίκω, μηδὲν πλέον πράξαι, ἐρ ἦν μετέννων· τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτὴν τὴν τεκοῦσαν, δημος οἰκῆσαι μετ' ἔμοι τὸ τελευταῖς ἔτη. Τὸ δυάκις ἐσουλήθην ἐπικυρῆσαι τινὶ πενομένῳ, ἢ εἰς ἀλλο το χρήζοντι, μηδέποτε ἀκοῦσαι με, διὰ οὐκ ἔστι μοι χρήματα, δθεν γένηται· καὶ τὸ αὐτῷ ἐμοὶ χρέαν δμοίαν, ὡς παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν· τὸ τὴν γυναικα τοιαύτην εἶναι, οὐτωσὶ μὲν πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ· τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι. Τὸ δ' ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἀλλα τε, καὶ ὡς μὴ πτύειν αἴμα καὶ μὴ θιγγίσην, καὶ τούτου ἐν Καιήτῃ ὑπέρ χρήσης τῶν τε ἐπεδύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τινὰ σοριστῶν, μηδὲ ἀποκαθίσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς, ἢ συλλογισμούς ἀναλύειν, ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. Πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖται.

Τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανού.

## BIBLION B.

Ἐωθεν προλέγειν ἔστω· Συντείξομαι περιέργω, ἀχρίστω, ὑβριστῇ, δολερῷ, βισκάω, ἀκοινωνήτῳ. Πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἔκείνοις παρὰ τὴν ἀγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἐγὼ δὲ, τελεωρητῶν τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, δτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, δτι αἰσχρόν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἀμαρτάνοντος φύσιν, δτι μοι συγγενής, οὐχὶ αἴματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ

michi omnem fastum demeret et ad intelligentiam adduceret, posse in aula ita degi, ut nec satellito nec vestitu insigniore nec facibus nec statuis et simili ornatu opus sit; posse principem ita contrahere sese, ut proxime ad privati vitam accedat, nec tamen propterea demissius vel remissius negotia publica imperatorie administrare; quod mihi contigit frater, qui moribus suis me ad curam mei excitaret, honore autem et suo in me affectu me exhilararet; quod liberi mihi neque ingenio tardi neque corpore distorti nati sunt; quod non longius progressus sum in rhetorica, poetica et reliquis studiis, quae me fortasse plane detinuissent, si me feliciter in iis proficer sensisset; quod eos, a quibus educatus sum, ad honores, quos expetere ipsi mihi videbantur, evenhere festinavi, nec spe eos lactavi, me, quem juvenes adhuc essent, id in posterum facturum; quod cognovi Apollonium, Rusticum et Maximum; quod imago vita secundum naturam instituta, qualis esset, clare et frequenter animo meo obversata est; ita ut, quod ad Deos ac dona, auxilia et consilia ab illis mihi obblata attinet, nihil obstiterit, quominus jam pridem naturae convenienter viverem; quod vero nondum id assequutus sim, id mea culpa atque inde quod Deorum submonitiones et tantum non clarissima præcepta neglexi, acciderit; quod in vita, qualia ea fuit, corpus mihi tamdiu perduravit; quod nec Benedictam nec Theodotum attigi, sed etiam postea affectibus amatoriis correptus ad sanitatem redii; quod, quamquam Rustico sepe successui, nihil ultra admisi, cuius me penitent; quod mater mea, quum mature decessura esset, mecum tamen ultimos annos simplex; quod abunde mihi suppetiverunt viri ad liberos educandos idonei; quod per insomnia mihi remedia data sunt cum alia tunc adversus sanguinis excretionem et capitis vertiginem, \* idque Caietae tanquam \* chresa; quod, quum animalium ad philosophiam adjecisset, non in sophistam incidi, neque in scriptoribus et syllogismis resolvendis tempus deses contrivi, neque cœlestibus curiose perscrutandis de tentus sum. Hæc enim omnia Deorum auxilio et fortuna indigent.

Hæc apud Quados ad Granum.

## LIBER II.

1. Mane sibi prædicere: Incidam in curiosum, ingratum, contumeliosum, fraudulentum, invidum, insociabilem: omnia ista vita iis ex ignorantia bonorum et malorum evenererunt; ego vero, qui perspectam habeo naturam boni, honestum id esse, ac mali, turpe id esse, porro naturam ipsius qui peccat, eum mihi esse cognatum, non sanguinis aut seminis ejusdem, sed mentis ac divinæ particula

νοῦ, καὶ θείας ἀπομοίωτος μέτοχος, οὐτε βλαβῆσαι ὑπό τίνος αὐτῶν δύναμαι· αἰσχρῷ γάρ με οὐδεὶς περιβαλεῖ· οὔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, οὔτε ἀπέγγεσθαι αὐτῷ. Γεγόναμεν γάρ πρὸς συνεργίαν, ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ στοῖχοι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ὁδόντων. Τὸ οὖν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις, παρὰ φύσιν· ἀντιπρακτικὸν δὲ τὸ σχενακτεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι.

β'. "Οἱ ποτε τοῦτο εἴμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευμάτιον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ἀφες τὰ βιβλία· μηχεῖτε σπῶ. Οὐ δέονται· ἀλλ' ὡς ἥδη ἀποθνήσκων, τῶν μὲν σαρκίων καταφρόνησον· λύθρος καὶ δστέρια, καὶ κροκύφαντος, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. Θέασαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα, δποῖον τί ἔστιν· ἀνεμος· οὐδὲ ἀεὶ τὸ αὐτὸν, ἀλλὰ πάστις ὅρας ἔξεμούμενον, καὶ πάλιν φορούμενον. Τρίτον οὖν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ωδὴ ἐπινοήθη· γέρων εἶ· μηχεῖτε τοῦτο ἔστις δουλεῦσαι· μηχεῖτε καθ' δρμὴν ἀκοινώτητον νευροσπαστηθῆναι· μηχεῖτε τὸ είμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχερᾶναι, ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι.

γ'. Τὰ τῶν θεῶν προνοίας μεστά. Τὰ τῆς τύχης οὐκ ἀνεύ φύσεως, ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοχῆς τῶν προνοιῶν διοικουμένων. Πάντα ἐλεῖθεν ῥεῖ· πρόστετο δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τῷ θλῷ κόσμῳ συμφέρον, οὗ μέρος εἶ. Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, δ φέρει ἢ τοῦ θλού φύσις, καὶ διείνης ἐστὶ σωστικόν. Σώζουσι δὲ κόσμον, ὅπερε αἱ τῶν στοιχείων, οὕτως καὶ αἱ τῶν συγχριμάτων μεταβολαί. Ταῦτα σοι ἀρκεῖτω, ἀεὶ δόγματα ἔστω. Τὴν δὲ βιβλίων δίψαν βίσουν, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ θλεως δληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς.

δ'. Μέμνησο, ἐκ πόσου ταῦτα ἀναβάλλῃ, καὶ δποσάκις προθεσμίας λαβόν παρὰ τῶν θεῶν, οὐ γρῆ ἀνταῖς. Δεῖ δὲ ἥδη ποτὲ αἰσθέσθαι, τίνος κόσμου μέρος εἶ, καὶ τίνος διοικοῦντος τὸν κόσμον ἀπόρροια ὑπέστης· καὶ δτὶ δρος ἐστὶ σοι περιγεγραμμένος τοῦ χρόνου, ὃ ἐάν εἰς τὸ ἀπαιθρίσασι μὴ χρήσῃ, οἰχήσεται, καὶ οἰχήσῃ, καὶ αὐθὶς οὐχ ἔξεται.

ε'. Πάστος ὄρας φρόντιζε στιβαρῶς, ὡς Ῥωμαῖος καὶ ἄρρην, τὸ ἐν χερσὶ μετὰ τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἀπλάστου σεμνότητος, καὶ φιλοστοργίας, καὶ ἐλευθερίας καὶ δικαιότητος πράσσειν· καὶ σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀλλων φαντασιῶν πορέζειν. Πορειὲς δὲ, ἀν., ὃν ἐσχάτην τοῦ βίου, ἐκάστην πρᾶξιν ἐνεργῆς, ἀπλλαγμένην πάστης εἰκαίστητος, καὶ ἐμπαθοῦς ἀποστροφῆς ἀπὸ τοῦ αἰροῦντος λόγου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ δυσαρεστήσεως πρὸς τὰ συμμεμοιραμένα. Όρθις, πῶς δλίγα ἐστιν, ὃν κρατήσας τις δύναται εύρουν καὶ θεούδη βιώσαι βίον; καὶ γάρ οἱ θεοὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτήσουσι παρὰ τοῦ ταῦτα φυλάσσοντας.

ζ'. Ὑδρίζε, θρίζε ἔσυτήν, ὃ ψυχή· τοῦ δὲ τιμῆσαι σεαυτὴν οὐκέτι καιρὸν ἔχεις· εν γάρ δι βίος ἔκάστω. Οὖτος δέ σοι σχεδὸν διήνυσται, μὴ αἰδούμενη σεαυτήν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀλλων ψυχαῖς τιθεμένη τὴν σὴν εὔμοιρίαν.

participem; nec a quoquam eorum lsedi possum: in id enim, quod turpe est, nemo eorum me conjiciet; neque ei, qui mihi cognatus est, succensere possum eumque odio persequi: nam ad mutuam operam nati sumus, ut pedes, ut manus, ut palpebrae, ut ordinis superiorum et inferiorum dentium. Itaque invicem sibi adversari contra naturam est; adversantis autem est indignari et aversari.

2. Hoc quicquid tandem sum, caruncula est et animula et animi principatus. Missos fac libros: noli amplius distrahi; sed ut jam moriens carunculam contemne: crux est et ossicula et reticulum, ex nervis, venulis et arteriis contextus. Quin etiam animam contemplare, qualis sit: spiritus, nec semper idem, sed quod singulis momentis evomitur et resorbetur. Tertia igitur pars est animi principatus; ad hunc igitur animum intende: senex es; noli pati, ut ille amplius serviat, aut amplius impetu insociabili raptetur, aut amplius fatum vel praesens inique ferat vel futurum horreat.

3. Deorum opera providentia plena; quae fortuna accidunt, non sejuncta a natura seu complexu et implexu rerum, quae a providentia administrantur. Inde omnia fluunt. Accedit autem id, quod necessarium est et id, quod universo mundo, cuius tu pars es, conductus; unicuique vero parti bonum, quod natura universi fert et quod ad banc conservandam facit; conservant autem mundum ut elementorum ita etiam concretarum rerum mutationes. Haec tibi sufficient, semper decreta sunt: librorum autem sitim pelle, ne murmurans moriaris, sed vere placidus Diisque ex animo gratias agens.

4. Memento, quamdiu haec distuleris, et quoties a diis, oportunitates nactus iis non usus sis. Oportet tandem aliquando sentias, cuius mundi pars sis et abs quo mundi rectore delibatus substiteris; tum vero, circumscriptum tibi esse terminum temporis, quo nisi ad serenitatem usus fueris, id abibit et tu abibis; neque unquam tibi redibit.

5. Singulis horis animo in id incumbe, ut firmiter, quemadmodum decet Romanum et virum, id quod in manibus est, cum diligente nec facta gravitate, pietate, liberalitate et justitia peragas tibiique otium ab omnibus aliis cogitationibus redimas; redimes autem, si quasi ultimam vitæ quamcunque actionem peregeris procul remotam ab omni temeritate et animi commoti aversione ab imperante ratione et simulatione et nimio tui studio et aegritudine suscepta ex iis, quae a fato tribuuntur. Vides quam pauca sint, quae si quis tenet, leniter fluentem et divinæ similem vitam degere potest; etenim Dii nihil plus requirent ab eo, qui haec observat.

6. Ignominia, ignominia te ipse affice, anime! honorem autem tibi vindicandi tempus non amplius habebis: fugit enim vita unicuique; haec autem tibi tantum non exacta est, nullam tui ipsius reverentiam habenti et in aliorum animis felicitatem tuam collocanti.

ζ'. Περιστῇ τί σε τὰ ἔκαθεν ἐμπίπτοντα· [καὶ] σχόλην πάρεχε σεαυτῷ τοῦ προσμανθάνειν ἀγαθὸν τι, καὶ πεύσται φεμβόμενος. Ἡδη δὲ καὶ τὴν ἑτέραν περιφοράν φυλακτέον. Αηροῦσι γάρ καὶ διὰ πράξεων οἱ κεχμηκότες ἐν τῷ βίῳ, καὶ μὴ ἔχοντες σκοπὸν, ἐφ' ὅν πᾶσαν ὅρμην καὶ καθάπτας φαντασίαν ἀπευθυνοῦσιν.

η'. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐριστάνειν, τί ἐν τῇ ἄλλου ψυχῆς γίγνεται, οὐ δρᾶντις τις ὡφθη κακοδαιμονῶν· τοὺς δὲ τοις τῆς ἴδιας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν.

θ'. Τούτων δεῖ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν δλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὐτῇ πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ δηποίον τι μέρος δηποίου τοῦ δλου οὖσα, καὶ δι τοῦ οὐδεὶς δ καλύνων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἃς μέρος εἶ, πράσσειν τε δεῖ καὶ λέγειν.

ι'. Φιλοσόφως δ Θεόφραστος, ἐν τῇ συγχρίσει τῶν ἀμαρτημάτων, ὡς ἀν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγχρίνει, φησι, βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημμελούμενα τῶν κατὰ θυμόν. ‘Ο γάρ θυμούμενος μετά τίνος λύπης καὶ λεληθυίας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποτρεφόμενος· δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἀμαρτάνων, ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος, ἀκολαστότερος πας φαίνεται καὶ θηλύτερος ἐν ταῖς ἀμαρτίαις. Ὁρθῶς οὖν καὶ φιλοσοφίας ἀξίως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεσθαι τὸ μετ' ἡδονῆς ἀμαρτανόμενον, ἥπερ τὸ μετὰ λύπης· δλως τε δ μὲν προποικημένῳ μᾶλλον ἔσται, καὶ διὰ λύπην ἡναγκασμένῳ θυμωθήναι· δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὕρμηται, φέρουμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξαι τινα κατ' ἐπιθυμίαν.

ια'. Μηδ ἡδη δυνατοῖς ὄντος ἔξιεν τοῦ βίου, οὗτως ἔκαστα ποιεῖν καὶ διαγοεῖσθαι. Τὸ δὲ ἔξι ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, εἰ μὲν θεοὶ εἰσὶν, οὐδὲν δεῖν· κακῶν γάρ σε οὐκ ἀν περιβάλοντεν· εἰ δὲ οὐτοὶ οὐκ εἰσὶν, ή οὐ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων, τι μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ή προνοίας κενῷ; Ἄλλα καὶ εἰσὶ, καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων· καὶ τοῖς μὲν κατ' ἀλλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ δ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο· τῶν δὲ λοιπῶν εἴ τι κακὸν ἔν, καὶ τοῦτο ἀν προδοντο, ἵνα ἐπῆ πάντη τὸ μὴ περιπίπτειν αὐτῷ. Ὁ δὲ χειρῶ μὴ ποιεῖ ἀνθρώπου, πῶς ἀν τοῦτο βίου ἀνθρώπου χειρῶ ποιήσειν; Οὔτε δὲ κατ' ἀγνοιαν, οὔτε εἰδῆς μὲν, μὴ δυναμένη δὲ προφυλάξασθαι ή διορθώσασθαι ταῦτα, ή τῶν δλων φύσις παρεΐδειν ἀν· οὔτε ἀν τηλικούτον ήμερτεν, ήτοι παρ' ἀδυναμίαν, ή παρ' ἀτεγνίσιν, ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυμένων συμβαίνῃ. Θάνατος δέ γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδόξια, πόνος καὶ ἡδονὴ, πλοῦτος καὶ πενία, πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, οὔτε καλλόντα, οὔτε αἰσχρά. Οὔτ' ἄρ' ἀγαθὰ, οὔτε κακά ἔστι.

ιβ'. Πῶς πάντα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲν κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δὲ αἰῶνι αἱ μνῆματα αὐτῶν, οἵτε εἰσὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα, καὶ μάλιστα τὰ ἡδονῆς δελεάζοντα, ή τῷ πόνῳ φοροῦντα, ή τῷ τύφῳ διαβεβούμενα· πῶς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόντα, καὶ ρυπαρά,

7. Distrahunt te quae extrinsecus incident. — Otium tibi concede ad discendum boni aliquid et desine in gyrum circumagi. Jam vero etiam alia circumcursatio cavenda; nam ii quoque nugantur, qui labore in vita defatigantur nec scopum habent, quo omnem impetum omninoque mentem dirigant.

8. Idcirco, quod non animadverit ea, quae in aliis animo aguntur, non facile quisquam repertus est infelix; illos autem, qui sui animi motus non percipiunt, necesse est infelices esse.

9. Horum semper oportet memorem esse, que sit rerum universitatis natura, quae mea, quo pacto se haec ad illam habeat et qualis pars qualis universitatis sit, et neminem esse, qui te prohibeat, quominus ea, quae naturae, cuius pars es, consentanea sunt, et facias et loquaris.

10. Subtiliter Theophrastus in comparandis peccatis, prout quis populari quadam ratione haec inter se contulerit, dicit, graviora esse, quae ex cupiditate committantur, quam quae ex ira. Iratum enim cum dolore quadam et occulta animi contractione rationem aversari, manifestum est; qui autem ex cupiditate peccat, a voluptate victus, intemperantior quadam modo et effeminator apparere in peccatis. Recte igitur et philosophiae convenienter dixit, majori crimini esse, quod cum voluptate peccetur, quam quod cum dolore; omninoque alter ei magis similis videtur, qui antea injuriam passus et dolore ad irascendum coactus est, alter sua sponte ad laedendum accedit, cupiditate ad aliquid faciendum ductus.

11. Quasi fieri possit, ut confessim e vita ex eas, ita singula agere et dicere et cogitare te oportet. E vivis autem discedere, si quidem Diis sunt, non est quod quis timeat; nam in malum te non conjicient; sin vero aut non sunt aut non curant res humanas, quid mea refert vivere in mundo vacuo Diis aut providentia vacuo? Verum et sunt et curant res humanas, atque ne in ea, quae vere mala sunt, incidat homo, prorsus in ipsius potestate collocarunt; reliorum si quid esset malum, id quoque providissent, ut omnino penes ipsum esset, ne in id incideret. Quod autem hominem non deteriore reddit, quomodo id vitam hominis pejorem redderet? Neque vero ex ignorantia, neque id intelligens, quoniam impotens erat ad hoc cavendum aut emendandum, universitatis natura id neglexisset; non tantum peccasset aut ex impotentia aut ex artis defectu, ut bona et mala pariter bonis hominibus atque malis sine discriminē evenirent. Jam vero mors et vita, honor et ignominia, dolor et voluptas, divitiae et egestas, haec omnia pariter bonis hominibus atque malis eveniunt, quippe quae neque honesta nec turpia sint. Itaque nec bona nec mala sunt.

12. Quomodo omnia celeriter evanescant, in mundū ipsa corpora, in ævum memoriae eorum, qualia sint omnia, quae sub sensu cadunt? et potissimum quae aut voluptate alliciunt aut dolore terrent aut fastu celebrata sunt, quam vilia et contemptu digna et emortua, rationalis facultatis est

καὶ εὐφθάρτα, καὶ νεκρὰ, νοερᾶς δυνάμεως ἐφιστάναι. Πί εἰσιν οὖτοι, δῶν αἱ ὑπολήψεις καὶ αἱ φωναὶ τὴν εὔδοξίαν.... Τί ἔστι τὸ ἀποθανεῖν, καὶ διτὶ, ἐάν τις αὐτὸ μόνον ἤδη, καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, οὐκέτι ἀλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἴναι, ή φύσεως ἔργον φύσεως δὲ ἔργον εἴ τις φοβεῖται, παιδίον ἔστι. Τοῦτο μέντοι οὐ μόνον φύσεως ἔργον ἔστιν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. Πῶς ἀπτεται θεοῦ ἀνθρώπος, καὶ κατὰ τί αὐτοῦ μέρος, καὶ διαν πῶς ἔχει, διακένεται τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μέριον.

ιγ'. Οὐδὲν ἀλλιώτερον τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπειρεύομένου, καὶ τὰ «νέρθεν γάτε» (φρονίν) ἐρευνῶντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τεκμάρσεως ζητοῦντος, μη αἰσθούμενον δὲ, διτὶ ἀρκεῖ πρὸς μόνην ἔνδον ἔκαυτοῦ διάκυμον εἶναι, καὶ τοῦτον γνησίας θεραπεύειν. Θεραπεία δὲ αὐτοῦ, καθαρὸν πάθους διατηρεῖν, καὶ εἰκαστήτος, καὶ δυσαρεστήσεως τῆς πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. Τὰ μὲν γάρ ἐκ θεῶν αἰδέσιμα δι' ἀρετῆν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων φίλα διὰ συγγένειαν· ἔστι δὲ διτὶ τρόπον τινὰ ἔλεειν, δι' ἄγνοιαν σάγαθῶν καὶ κακῶν· οὐκ ἐλάττων ἡ πάρωσις αὕτη τῆς στερισκούσης τοῦ διακρίνειν τὰ λευκὰ καὶ μέλανα.

ιδ'. Καν τρισχλία ἔτη βιώσεσθαι μελλήσει, καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο, διτὶ οὐδεὶς ἀλλον ἀποβάλλει βίον, ή τοῦτον, δν ζῆ· οὐδὲ ἀλλοι ζῆ, ή δν ἀποβάλλει. Εἰς ταῦτα οὖν καθίσταται τὸ μηκίστον τῷ βραχυτάτῳ. Τὸ γάρ παρὸν πᾶσιν ίσον, εἰ καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ίσον· καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον οὗτος ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. Οὔτε γάρ τὸ παρωχήκος, οὔτε τὸ μελλον ἀποβάλλοις ἀν τις. "Ο γάρ οὐκ ἔχει, πῶς ἀν τοῦτο τις αὐτοῦ ἀφέλοιτο; Τούτων οὖν τοῦ δύο δεῖ μεμνῆσθαι· ἐνὸς μὲν, διτὶ πάντα ἐξ αἰδίου δυοεἰδῆ καὶ ἀνακυκλούμενα, καὶ οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ή ἐν τῷ ἀπέτιρῳ χρόνῳ τὰ αὐτά τις ἔμεται· ἐτέρου δὲ, διτὶ καὶ δι πολυχρονιάτας, καὶ δι τάχιστα τεθνήζομενος, τὸ ίσον ἀποβάλλει. Τὸ γάρ παρὸν ἔστι μόνον, οὐ στερίσκεσθαι μελλει, εἰπερ γε ἔχει καὶ τοῦτο μόνον, καὶ, δη μη ἔχει τις, οὐκ ἀποβάλλει.

ιε'. "Οτι πᾶν ὑπόληψις. Δῆλα μὲν γάρ τὰ πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου λεγόμενα· δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον τοῦ λεγομένου, ἐάν τις αὐτοῦ τὸ νόστιμον μέχρι τοῦ ἀληθοῦς δέχηται.

ιε'. "Τοῖριζει ἔαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, μάλιστα μὲν, διαν ἀπόστημα καὶ οἶον φῦμα τοῦ κόσμου, διον ἐφ' ἐστιν, γένεται. Τὸ γάρ δυσχεραίνειν τινὰ τῶν γινομένων, ἀπόστασίς ἔστι τῆς φύσεως, ἡς ἐν μέρει αἱ ἔκάστου τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. "Ἐπειτα δὲ, διαν ἀνθρώπων τινὰ ἀπόστραφη, ή καὶ ἐναντία φέρηται, ὡς βλάψουσα, οἵτι εἰσιν αἱ τῶν δργιζομένων. Τρίτον οὐρίζει ἔαυτὴν, διαν δισσῆται διδονῆς ή πόνου. Τέταρτον, διαν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ ή λέγη. Πέμπτον, διαν πρᾶξιν τινὰ ἔαυτῆς καὶ δρμὴν ἐπ' οὐδένα σκοπὸν ἀφίη, ἀλλὰ εἰκῇ καὶ

intelligo: quinam sint hi, quorum opiniones et voces nominis claritatem largiuntur; quid sit mori, et quando quis id per se solum spectet et cogitatione ab eo separaverit, quae simul cum eo concipiuntur animo, eum nihil aliud id esse habiturum, nisi opus naturæ; naturæ autem opus si quis timeat, eum esse puerulum; hoc tamen non solum naturæ opus esse, verum etiam naturæ prodesse; quo pacto homo Deum contingat, et qua sui parte, et quando certo quodam modo ita se habeat illa hominis pars.

13. Nihil miserius est eo, qui omnia undique circumit et quae subter terram sunt, ait ille, rimatur, eaque, quae in aliorum animis sunt, per conjecturas indagat, non autem sentit sufficere, si quis cum eo, quem intra se gerit, genio versetur et hunc sincere colat: huic autem cultus in eo cernitur, ut purus servetur a perturbatione animi, et temeritate et aegritudine propter ea, quae a Diis et hominibus fiunt: nam quae a Diis proficiscuntur, venerabilia sunt virtutis nomine, quae ab hominibus, cara cognitionis ratione, interdum etiam miseratione digna propter ignorantiam bonorum et malorum: haec cœcitas haud minor est illa, quae nos privat facultate alba et nigra discernendi.

14. Etiam si ter mille annos victurus essem, et insuper tricies mille, memento tamen, neminem aliam amittere vitam, quam ipsam eam, quam vivat, neque aliam vivere, quam eam, quam amittat; eodem igitur reddit longissimum vitæ tempus cum brevissimo: nam præsens par, etiam si id quod perit non par sit, et id, quod amittitur, ita instar puncti videtur: neque enim quod præterit aut quod futurum est ut quis amittat, fieri potest: quomodo enim eo, quo caret, quis eum privabit? horum igitur duorum meminisse oportet: alterius, omnia, ex æterno ejusdem speciei esse et in orbem relabi, nec differre, utrum centum annis adiungentis aut infinito tempore eadem aliquis sit visurus; alterius, et eum, qui diutissime vixerit, et eum, qui celerime obierit, par amittere; nam præsens solum est, quo privari poterit, si quidem id tantum habet et, quod quis non habet, id non amittit.

15. Omnia in opinione sita: manifesta enim sunt, quae a Monimo Cynico dicuntur; manifesta quoque utilitas dicti, si quis vim ejus salutarem nec tamen ultra veritatem admittit.

16. Contumelia se afficit animus hominis potissimum tum, quum, quantum per ipsum stat, abscessus et quasi tuber mundi sit: nam ægre ferre aliquid eorum, quae fiunt, est desistere a natura, cuius in parte uniuscujusque aliarum rerum natura continetur; tum vero, quando hominem aliquem aversatur aut adeo ei nocendi consilio adversatur, quales sunt irascentium animi; porro se ipse contumelia afficit, quando voluptati aut dolori succumbit; item, quando simulat ac ficte et fallaciter aliquid vel facit vel loquitur; denique, quando actionem aliquam suam aut consumatum ad nullum scopum dirigit, sed temere et inconsulta

ἀπραχολουθήτως ὅτιοῦν ἐνεργῆ, δέον καὶ τὰ μικρότατα καὶ τὸν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφοράν γίνεσθαι· τέλος δὲ λογιῶν ζώνων, τὸ ἐπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῇ πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

ζ'. Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου δὲ μὲν χρόνος, στιγμή· ἡ δὲ οὐσία, ρέουσα· ἡ δὲ αἰσθησις, ἀμυδρά· ἡ δὲ δλού τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσπητος· ἡ δὲ ψυχὴ, δόμος· ἡ δὲ τύχη, δυστέκμαρτον, ἡ δὲ φύμη, ἀκριτον· συνέλοντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμὸς, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, δνειρὸς καὶ τύρος· δὲ δίος, πόλεμος καὶ ἔνοντος ἐπιθυμία· ἡ ὑπερφρημία δὲ, λίθη. Τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἐν καὶ μόνον φιλοσοφίᾳ. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνθριστον, καὶ ἀσινή, ἥδονῶν καὶ πόνων χρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ ποιοῦντα, μηδὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσισις, ἀνενεδη τοῦ ἄλλον ποιῆσαι τι, ἢ μὴ ποιῆσαι· ἐπὶ δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἔκειθεν ποιεν ἔρχομενα, θνεν αὐτὸς ἥλθεν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον θέλω τῇ γνώμῃ περιμένοντα, ὡς οὐδὲν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ᾧ ἔκαστον ζῶν συγχρίνεται. Εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἔκαστον διγνεώς εἰς ἔτερον μεταβάλλειν, διὸ τὶς ἀπίσταται τις τὴν πάνταν μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; καὶ τὰ φύσιν γάρ· οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.

Tὰ ἐν Καρνούντῳ.

### BIBAION Γ.

Οὐκὶ τοῦτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, οτι καθ' ἔκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται δίος, καὶ μέρος Ἑλαττον αὐτοῦ καταλείπεται· ἀλλὰ κάκεινο λογιστέον, δτι, εἰ ἐπὶ πλέον βιών τις, ἔκεινό γε ἀδήλον, εἰ ἔχαρχεσι δυοια αὐθις ἢ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντεινούσης εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίων. Ἐδεν γάρ παραληρεῖν ἀρέηται, τὸ μὲν διαπνεῖσθαι, καὶ τρέφεσθαι, καὶ φαντάζεσθαι, καὶ δρυπῆν, καὶ δσα ἀλλὰ τοιαῦτα, οὐκ ἔνδεήσει· τὸ δὲ ἔκαστον χρῆσθαι, καὶ τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν, καὶ τὰ προφραινόμενα διαρθροῦν, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ, εἰ ἡδη ἔχακτέον αὐτὸν, ἐριστάνειν, καὶ δσα τοιαῦτα λογισμοῦ συγγενυμασμένου πάνυ χρήσει, προαποσθέντων. Χρή οὖν ἐπείγεσθαι, οὐ μόνον τῷ ἐγγυτέρῳ τοῦ θανάτου ἔκάστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὸ τὸ τὴν ἐννήσιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν παραχολούθησιν προσπολήγειν.

β'. Χρή καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν, δτι καὶ τὰ ἐπιγνώμενα τοῖς φύσει γινομένοις ἔχει τι εὐχαρι καὶ ἐπαγωγόν. Οἶον, ἀρτου διπτωμένου παραρρήγνυται τινα μέρη· καὶ ταῦτα οὖν τὰ διέγοντα οὐτως, καὶ τρόπον τινὰ παρὰ τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποίας ἔχοντα, ἐπιπρέπει πως, καὶ προθυμίαν πρὸς τὴν τροφὴν ἰδίων ἀνακινεῖ. Παλιν τε τὰ σῦχα, δπότε ὥραιότατα ἔστι, κάγγην. Καὶ ἐν ταῖς δρυπέσιν ἐλαῖαις, αὐτὸ τὸ ἐγγὺς τῇ σήψει, ἰδιόν τι καλλος τῷ καρπῷ προστίθησιν. Οἱ

quantillum id est exsequitur, quum etiam minima quaque ita agi oporteat, ut ad finem referantur; finis autem animalium ratione præditorum est, urbis et civitatis antiquissima rationi et legi obsequi.

17. Vitæ humanæ tempus, punctum; materia fluens; sensus obscurus; totius corporis compages ad putredinem vergens; animus, turbo; fortuna, res perplexa; fama, judicii expers: ut paucis dicam, omnia corporis, fluvius; omnia animi, somnium et fumus; vita, bellum et peregrini commoratio; fama postuma, oblivio. Quid igitur est, quod deducere potest? unicum et solum, philosophia. Hæc autem in eo cernitur, ut eum, qui intus est, genium a contumelia et læsione immunem serves, voluptatibus et doloribus superiorem, nihil temere faciente nec silete simulateve, non indigentem, ut aliis quid facial aut non faciat, porro ea, quæ obveniunt et attriūntur, accipientem ut quæ inde veniunt, unde ipse venit, post omnia autem mortem placido animo opperientem, quippe nihil aliud, nisi solutionem elementorum, e quibus singula animalia sunt composita. Quod si ipsis elementis nihil timendum est ex eo, quod unumquodque eorum perpetuo in aliud mutatur; quam ob causam quis suspectam habeat omnium rerum mutationem et in partes dissolutionem? nam naturæ conveniens est; nihil autem malum, quod naturæ convenit.

Hæc Carnunti.

### LIBER III.

1. Non hoc solum reputari oportet, vitam in dies absumi minoremque ejus partem relinquī, verum etiam illud reputandum est, etiamsi quis diutius victurus sit, tamen obscurum esse, an mens ipsius pariter posthac idoneam habitura sit vim ad intelligentiam rerum ac doctrinæ ejus, quæ ad scientiam rerum divinarum humanarumque spectat. Nam si delirare coepit, perspirari quidem et nutritri et visis impelli et impetum capere et quæ il genus alia sunt non deficiunt; sed se ipso uti et officii numeros diligenter ediscere, et quæ apparent articulatum explicare et de eo, num sese jam hinc educat, deliberare et quæ, hujusmodi sunt, quæ judicandi facultatem bene subactam requirunt, ea vero ante extinguntur. Festinandum igitur est, non solum idcirco, quod mors in dies propior imminet, verum etiam idcirco, quod intelligentia et perceptio rerum ante desinit.

2. Oportet etiam talia observari, ea quoque, quæ per consequentiam iis, quæ natura fiunt, adnascentur, suavitatis aliquid et illecebrarum habere: ut, pañis quum coquuntur, diffunduntur quædam ejus partes; hæc igitur sic hiantis et quodammodo contra professionem artis pistoriæ comparata decoris quid nescio quo modo habent et singulari quædam ratione cupiditatem edendi movent: porro etiam, sicut, quum maturuerunt, dehiscent, et in maturissimis olivis id ipsum, quod prope ad putredinem accedit, propriam

καὶ εὐφθάρτα, καὶ νεκρὰ, νοερᾶς δυνάμεως ἔφιστάναι. Πί' εἰσιν οὗτοι, δῶν αἱ ὑπόληψίεις καὶ αἱ φωναὶ τὴν εὐδόξιαν..... Τί ἐστι τὸ ἀποθανεῖν, καὶ διτὶ, ἐὰν τις αὐτὸ μόνον ἔθη, καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, οὐκέτι ἀλλο τι ὑπόληψεται αὐτὸ εἶναι, ἢ φύσεως ἔργον· φύσεως δὲ ἔργον εἴ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί. Τοῦτο μέντοι οὐ μόνον φύσεως ἔργον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. Ήώς ἀπτεται θεοῦ ἀνθρωπος, καὶ κατὰ τί αὐτοῦ μέρος, καὶ διταν πῶς ἔχῃ, διακέπται τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μάριον.

ζ'. Ο μέν τις ἔστιν, δταν τι δεξιὸν περὶ τινα πράξη, πρόχειρος καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν. « Ο δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐ πρόχειρος, ἀλλὰς μέντοι παρ' ἑαυτῷ, ὡς περὶ χρεώστου διανοεῖται, καὶ οἶδεν, δ πεποίηκεν. « Ο δέ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν, δ πεποίηκεν· ἀλλὰ δημοίος ἔστιν ἀμπτέλω βότρουν ἐνεγκούσῃ, καὶ μηδὲν ἀλλο προσεπιήτηούσῃ, μετά τὸ ἄπαξ τὸν ἰδίον καρπὸν ἐνηνοχέναι. » Ἐπικος δραμῶν, κώνων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἀνθρώπος δ' εὐ ποιήσας, οὐκ ἐπιβοᾶται, ἀλλὰ μεταβάλνει ἐφ' ἔτερον, ὡς ἀμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν βότρουν ἐνεγκεῖν. — Ἐν τούτοις οὖν δεῖ εἶναι, τοῖς τρόπον τινὶ ἀπαρακολουθήτως αὐτὸ ποιῆσι; — Ναί. — Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ παρακολουθεῖν· ἰδίον γάρ (φησι) τοῦ κοινωνικοῦ, τὸ αἰσθάνεσθαι, δτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, καὶ νῆ Δια, βούλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι. — Ἀληθές μέν ἔστιν, δ λέγεις· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ διὰ τοῦτο ἔστη εἰς ἔκεινων, ὃν πρότερον ἐπεινῆσθαι· καὶ γάρ ἔκεινοι λογικῆ τινι πιθανότητι παράγονται. Ἐάν δὲ θελήσῃς συνεῖναι, τί ποτε ἔστι τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο παραλίπης τι ἔργον κοινωνικόν.

ζ'. Εὐχὴ Ἀθηναίων, « Γενον, θ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. » Ήτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι, ή οὕτως, ἀπλῶς καὶ ἐλεύθερος.

η'. Οποῖον τι ἔστι τὸ λεγόμενον, δτι: « Συνέταξεν δ Ἀστληπιὸς τούτῳ ἱππασίαν, ή ψυχρολούσιαν, ή ἀνυποδησίαν» τοιοῦτον ἔστι καὶ τὸ, « Συνέταξε τούτῳ ἡ τῶν δλων φύσις νόσον, ή πήρωσιν, ή ἀποβολὴν, ή ἀλλο τι τῶν τοιούτων. Καὶ γάρ ἔχει τὸ « Συνέταξε, » τοιοῦτόν τι σημαίνει, ἔταξε τούτῳ τοῦτο, ὡς κατάλληλον πρὸς ὑγίειαν· καὶ ἔνταῦθα τὸ συμβάντον ἔκστω τέτακται πιας αὐτῷ κατάλληλον πρὸς τὴν είμαρμένην. Οὕτως γάρ καὶ « συμβάνειν » αὐτὰ δημιν λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσιν, ή ταῖς πυραμίσι, « συμβάνειν » οι τεχνίται λέγουσι, συναρμόζοντες ἀλλήλοις τῇ ποιῆσιν. « Ολας γάρ ἀρμονία ἔστι μία. Καὶ ὅπερ ἔκ πάντων τῶν σωμάτων δ κόσμος τοιούτον σῶμα συμπληροῦται, οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτίων ἡ

ita; verum multa alia sunt, ad quae te natura aptum esse, negare non possis : hec igitur præsta, quæ tota in tua sunt potestate, sinceritatem, gravitatem, laborum tolerantiam, voluptatibus abstinere, de sorte non queri, paucis indigere, benevolum esse, liberum, a luxuria, nūgis et magnificientia alienum. Sentisne, ad quam multa præstanta viribus pollens, ita ut, quin habilis aptusque sis, nihil sit, quod causeris, tamen adhuc infra ea sponte consistas? Num etiam murmurare et tenacem esse et adulari et corpusculum incusare et assentari et te ostentare et tot res animo voluntare per naturalem ingenii hebetudinem cogeris? Non, per Deos; non; sed his omnibus jam pridem liber esse potuisti, et tantum, si modo, propter ingenii tarditatem et hebetudinem notari. Verum etiam in hoc te exerce, nec tarditatem illam negligens neque in ea tibi placens.

6. Alius simul atque gratum alicui aliiquid fecit, promptus est ad beneficium illi in accepta referendum; alius ad id non promptus est, ceterum tamen apud se ut de debitore cogitat et novit, quod fecit: alius quodammodo ne novit quidem, quod fecit, sed similis est viti, quæ uvam protulit et nihil præterea appetit, postquam semel fructum suum genuit. Ut equus, qui cucurrit; ut canis, qui seras investigavit; ut apis, quæ mel conficit, ita homo qui bene fecit, non clamore rem extollit, sed ad aliud transit, ut vitis ad uvam iterum suo tempore gignendam.

— Inter hos igitur esse oportet, qui quodammodo, quod agunt, ipsi nesciunt? — Oportet. — At hoc ipsum intelligere fas est: nam proprium est (inquit) illius, qui ad communionem natus est, ut sentiat, se quemadmodum societatis amantem decet agere, immo etiam velit, ut socius id sentiat. — Verum quidem est, quod dicis, sed hoc dictum non recte accipis; hinc unus eris ex iis, quorum antea mentionem feci: nam hi quoque rationali quadam probabilitate ducuntur. Quod si intelligere volueris, quid tandem hoc dictum sibi velit, noli timere, ne hac de causa quidquam, quod societati prodest, prætermittas.

7. Volum Atheniensium: « Pluviam, pluviam da, care Jupiter, arvis et pratis Atheniensium! » aut non oportet precari, aut sic, simpliciter et ingenue.

8. Cujusmodi id est, quod vulgo dicunt, « Esculapium huic vel illi, ut equit aut frigidu laveret aut nudis pedibus incedat, constituisse; » ejusmodi est etiam hoc, « naturam huic vel illi, ut ægrotet, ut membris mutiletur, ut suos aimitat aut aliud ejus generis constituisse; » nam et illic « constituisse » hujusmodi aliquid significat, « statuisse » huic illud [Esculapium] ut sanitati conveniens, et hic quod cuique contingit, illi aliquo modo statutum esse, ut fato consentaneum; ita enim haec quoque nobis « contingere » dicinus, ut lapides quadratos in muriis aut pyramidibus « contingere » dicunt artifices, quum sibi inter se quadam positione coaptantur. Omnino concentus est unus; et quemadmodum cunctis corporibus hic mundus, quo ejusmodi corpus sit, perficitur, ita ex universis

είμαρμένη τοιαύτη αἰτίᾳ συμπληροῦται. Νοοῦσι δὲ, διάγω, καὶ οἱ τελεον ὁδῶσι· φασὶ γάρ, « Τοῦτο ἔφερεν ἀπό. » Οὐκοῦν τοῦτο τούτῳ ἔφερτο, καὶ τοῦτο τούτῳ συνετάπτετο. Δε/γάμεθα οὖν αὐτὸν, ὃς ἔχειναι, & δ' Ἀσκληπίος συντάπτει. Πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἔχεινοις ἐστὶ τραχέα· ἀλλὰ ἀσπάζουμεθα τῇ ἐλπίδι τῆς ὑγείας. Τοιούτον τί σοι δοκεῖτα, ἄνων καὶ συντελεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκούντων, οἷον ἡ σὴ ὑγεία. Καὶ οὕτως ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, καὶν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἔχειν ἄγειν, εἰπεῖ τὴν τοῦ κόσμου ὑγείαν, καὶ τὴν τοῦ Διὸς εὐόδιαν καὶ εὐπραγίαν. Οὐ γάρ ἀν τούτῳ τινι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. Οὐδὲ γάρ ἡ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, διὸ τὸ διοικουμένων ὑπ' αὐτῆς κατάλληλον ἐστι. Οὐκοῦν κατὰ δύο λόγους στέργειν χρή τὸ συμβαῖνόν σοι· καθ' ἓν μὲν, διὰ τοῦτο τινι ἔφερεν, καὶ σοὶ συνετάπτετο, καὶ πρὸς σέ πως εἶχεν, ἄνωνεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγχαλωθόμενον· καθ' ἕτερον δὲ, διὰ τῷ διοικοῦντι τῆς, εὐόδιας καὶ τῆς συντελείας, καὶ νῇ Δια τῆς συμμονῆς αὐτῆς καὶ τὸ ἱδίᾳ εἰς ἔκστον ἥκον αἰτίον ἐστι. Πηροῦται γάρ τὸ δόλοκληρον, ἐὰν καὶ διτοῦ διακόψῃς τῆς συνεργίας καὶ συνεχείας, ὡσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὴ καὶ τῶν αἰτίων. Διακόψτει δὲ, διον ἐπὶ σοι, διαν δυσαρεστῆς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῆς.

6'. Μὴ σικχαίνειν, μηδὲ ἀπαυδῆν, μηδὲ ἀποδυσπετεῖν, εἰ μὴ καταπυκνοῦται σοι τὸ ἀπὸ δογμάτων δρῶν ἔκστα πράσσειν· ἀλλὰ ἔκκρουσθέντα, πάλιν ἐπανιέναι, καὶ ἀσπενίζειν, εἰ τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, καὶ φιλεῖν τὸ το, ἐφ' ὁ ἐπανέργη· καὶ μὴ ὡς πρὸς παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανιέναι· ἀλλ' ὡς οἱ δρθαλμῶντες πρὸς τὸ επογγάριον καὶ τὸ ὄών, ὡς ἀλλοὶ πρὸς κατάλασμα, ὡς πρὸς καταίσθισιν. Οὕτως γάρ οὐδὲν ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσαναπαύση αὐτῷ. Μέμνησο δὲ, διὰ φιλοσοφία μόνα θέλει, & η φύσις σου θέλει· σὺ δὲ ἀλλοὶ θέλεις οὐ κατὰ φύσιν. — Τί γάρ τούτων προστέντερον; — Ἡγάρ ἡδονὴ οὐχὶ διὰ τοῦτο σφάλλει; Ἄλλα δέσσαι, εἰ προστέντερον μεγαλοψύχια, ἀλευθερία, ἀπλότης, εὐγνωμοσύνη, διστότης. Αὐτῆς γάρ φρονήσως τί προστέντερον; διαν τὸ ἀπταιστον, καὶ εὔρουν ἐν πᾶσι τῆς παρακολουθητικῆς καὶ ἐπιστημονικῆς δυνάμεως ἐνθυμηθῆς.

7'. Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐγκαλύψει ἐστίν, ὡστε φιλοσόφοις οὐκ διλγοῖς, οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν, ἔδοξε παντάπασιν ἀκατάληπτα εἶναι. Πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ· καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγχατάθεσις μεταπτωτῇ· ποῦ γάρ δ' ἀμετάπτωτος; Μέτιν τοίνου ἐπ' αὐτὸν τὰ ὑποχείμενα· ὡς διλγόγρωνα, καὶ εἰδελῆ, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναίδου, η πόρνης, η ληστοῦ εἶναι. Μετὰ τοῦτο ἐπιθι ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἥθη, διὰ μόλις ἐστὶ καὶ τοῦ καριεστάτου ἀναστέσθαι, ἵνα μὴ λέγω, διὰ τὴς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἔκτιμηθῆναι, η τὸ διῶς σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδὲ ἐπινοῦ. Τούναν-

cans, ut hujusmodi causa sit, satum perficitur. Intel ligunt hoc, quod dico, etiam imperitissimi quique; dicunt enim, « tulit hoc illi. » Hoc igitur illi « cerebatur » et hoc illi constituebat. Accipiamus igitur haec ut ea quae *Esculapius* « constituit »; multa enim etiam in his aspera sunt, quae tamen sanitatis spe amplectimur. Ejusmodi igitur aliquid tibi videatur perfectio et absolutio eorum, quae naturae communi visa sunt, cujusmodi est bona tua valetudo. Et ita quidquid evenit, etiamsi asperum videatur, amplectere, quoniam eo tendit, ad mundi sanitatem et Jovis prosperitatem et felicitatem: non enim id cuiquam ferret, nisi ad universi bonum conferret: neque enim natura ubique obvia quidquam fert, quod rei a se administratæ non consentaneum est. Duæ igitur sunt rationes, cur singulari quodam amoris affectu quidquid evenerit id amplecti te oporteat: altera, quod tibi factum est, tibi constitutum erat, certa quadam ratione ad te se habebat, inde a principio ex causis antiquissimis tibi contextum: altera, quod etiam id, quod singulis quibusque privatum contingit, nature universitatem administranti in causa est prosperitatis et perfectionis et utique ipsius conservationis: mutilatur enim integrum ipsum, si vel minimum, ut partium, ita et rerum efficientium abscindas: abscindis autem, quantum in te est, quando moleste fers aliiquid et quodammodo tollis.

9. Noli fastidire aut animum despondere aut desperare, si tibi secundum recta decreta singula agere cupienti non perinde semper res successerit; sed deturbatus iterum regredere et contentus esto, si plura homine digniora edideris et id, ad quod reversus es, fac diligas. Neque tanquam ad prelagogum redi ad philosophiam, sed, ut qui oculis laborant ad penicillum et ovum, ut alias ad emplastrum, aliis ad perfusionem: sic nihil \* te mordebit obsequium rationi præstandum, sed in eo acquiesces. Illud autem memento, philosophiam ea sola postulare, quae natura tua postulet: tu autem aliud volebas non convenienter naturæ. — Quid horum blandius est? — Nonne enim easpropter fallit voluptas? — At vide, gratiorne sit magnanimitas, libertas, simplicitas, animi æquitas, sanctitas. Ipsa vero prudentia quid jucundius est? si eam cogitaveris ejus facultatis, in qua intelligentia et scientia inest, præstantiam, quæ in nulla re labitur et in omni re prospere fertur.

10. Res quidem ipsæ in tantis quodammodo involuta sunt tenebris, ut philosophis haud paucis nec vulgaribus omnino non comprehensibiles esse viderentur: præterea ipsis adeo Stoicis perceptu difficiles videntur: etiam omnis noster assensus mutabilis; ubi enim est homo, qui sententiam non mutet? Proinde transi ad res subjectas: quam caducæ, quam viles et quæ etiam a cinædo aut scorto aut latrone possideri possint. Tum porro accede ad mores eorum, quibuscum vivitur, quos sustinere vix festivissimi est, ne dicam, se ipsum quoque vix quemquam sustinere. Tali igitur in caligine et sordibus et in tanto et materiae et temporis et motus et rerum motarum fluxu quid tandem magna æstimatione aut omnino studio dignum sit, non intelligo. Contra fas est me ipsum consolari et exspectare

τίν γάρ δεῖ παραμυθούμενον ἔστι τὸν περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν τῇ διατριβῇ, ἀλλὰ τούτοις μόνοις προσαναπαύεσθαι· ἐνὶ μὲν τῷ; διτὶ οὐδὲν συμβήσεται μοι, διογκί κατὰ τὴν τῶν θλων φύσιν ἐστίν· ἔτέρῳ δὲ, διτὶ ἔξεστι μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἔμπον θέντον καὶ δαίμονα. Οὐδεὶς γάρ ὁ ἀναγκάσων τοῦτον παραβῆναι.

ια'. Προς τί ποτε ἡρα νῦν χρῆμαι τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ; παρ ἔκαστα τοῦτο ἐπανερωτᾶν ἔστι τὸν, καὶ ἔξετάζειν, τί μοι ἔστι νῦν ἐν τούτῳ τῷ μορίῳ, διὸ ἡγεμονικὸν καλοῦσι; καὶ τίνος ἄρα νῦν ἔχω ψυχήν; μήτι παιδίου; μήτι μειρακίου; μήτι γυναικάριου; μήτι τυράννου; μήτι κτήνους; μήτι θηρίου;

ιβ'. Ὁποῖα τινά ἔστι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθά, καὶ ἐντεῦθεν λάθοις. Εἰ γάρ τις ἐπινοήσειν ὑπαρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἶον φρόνσιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρίαν, οὐκ ἀν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκοῦσαις δυνηθεί τι· ὑπὸ \* \* τῷ ἀγαθῷ γάρ (οὐκ) ἐφαρμόσει. Τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις, ἔξακούσεται, καὶ ἥρξιν δέξεται, ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τοῦ κωμικοῦ εἰρημένον. Οὕτως καὶ οἱ πολλοὶ φαντάζονται τὴν διαφοράν. Οὐ γάρ ἀν τοῦτο μὲν οὐ προσέκοπτε καὶ ἀπηξιοῦτο· τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ πλούτου καὶ τῶν πρὸς τρυφὴν, ή δόξαν, εὐκληρομάτων παρεδεγμέθα, ὡς ἵνουμένως καὶ ἀστείως εἰρημένον. Προϊθι οὖν καὶ ἔρωτα, εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑποληπτέον τὰ τοιαῦτα, ὃν προεπινοήθεντων, οἰκείως ἀν ἐπιφέροιτο, τὸ τὸν κεχτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς εὐπορίας οὐκ ἔχειν, θποι γέσθη.

ιγ'. Ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ συνέστηκα· οὐδέτερον δὲ τούτων εἰς τὸ μὴ δι φύρησεται· ὥσπερ οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ δοτος ὑπέστη. Οὐκοῦν καταταγήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου· καὶ πάλιν ἔκεινο εἰς ἔτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβλεῖ· καὶ ἡδη εἰς ἀπειρον. Κατὰ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν κάγιν ὑπέστη, καὶ οἱ ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο ἀπειρον. Οὐδὲν γάρ κωλύει οὕτως φάναι, καὶ κατὰ περιόδους πεπερασμένας δόκομος διοικῆται.

ιδ'. Ὁ λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέγχη δυνάμεις εἰσὶν ἔστι τοῖς ἀρκούμεναι, καὶ τοῖς καθ' ἔστατας ἔργοις. Ὁρμῶνται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀργῆς διδεύσουτι δὲ πρὸς τὸ προκείμενον τέλος· καὶ δι κατορθώσεις αἱ τοιαῦται πράξεις δονομάζονται, τὴν ὅριότητα τῆς δόδοι σημαίνουσαι.

ιε'. Οὐδὲν τούτων δητέον ἀνθρώπου, & ἀνθρώπω καθὸ ἀνθρώπος, οὐκ ἐπιβάλλει. Οὐκ ἔστιν ἀπαιτήματα ἀνθρώπου, οὐδὲ ἐπαγγελλεται αὐτὰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσεως. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ τέλος ἐν αὐτοῖς ἔστι τῷ ἀνθρώπῳ κείμενον, οὐδὲ τὸ συμπληρωτικὸν τοῦ τέλους, τὸ ἀγαθόν. Ἔτι εἴ τι τούτων ἦν ἐπιβάλλον τῷ ἀνθρώπῳ, οὐδὲ ἀν τὸ ὑπερφρονεῖν αὐτῶν, καὶ κατεξανίστασθαι, ἐπιβάλλον ἦν· οὐδὲ ἐπιτινετὸς ἦν, δι προσδεή τούτων ἔστι τὸν παρεγγόμενος οὐδὲ ἀν δι ελαττωτικὸς ἔστι τὸν τούτων ἀγαθὸς ἦν, εἰπερ ταῦτα ἀγαθὰ ἦν. Νῦν δὲ, δι τοι πλεία

naturalem dissolutionem, neque moram inique ferre, sed nis tantum duobus acquiescere : primo, nihil mihi posse accidere, quod universitatis naturae non conveniat : altero, in mea situm esse potestate, ut nihil contra dei mei atque genii voluntatem agam : nemo enim est, qui hanc transgredi cogat.

11. Quam tandem ad rem igitur nunc animo meo utor? In singulis hoc me ipsum interrogare me identidem oportet et explorare, quid mihi nunc versetur ea in parte, quam animi principatum vocant; cujus nunc gero animam? num quid pueruli? adolescentuli? mulierculæ? tyranni? jumenti? belluae?

12. Qualia sint, quae vulgo bona videntur, etiam hinc intelligas licet : nam si quis cogitaverit quædam ut vera bona, velut prudentiam, temperantiam, justitiam, fortitudinem, non poterit, his animo præconceps, amplius audire hoc : « Prae.... » Nam cum bono dissonabit. Atqui ea, quae vulgo bona videntur, si animo præconcepit, exaudiens et facile admittet ut apposite adjectum illud Comici dictum. Sic etiam vulgus animo sibi fingit hoc discrimen. Non enim illuc offendet et improbaretur, idemque de divitiis atque iis fortunæ commodis, quae ad luxum et gloriam pertinent, acciperemus ut scite et urbane dictum. Igitur et percontare, num aestimanda et pro bonis habenda sint talia, quibus mente præconceptis apte inferri possit illud, hominem iis instructum præfluentia rerum non habere, quo ventris onus deponat.

13. Forma et materia consto : harum neutra in nihilum interibit, quemadmodum neque ex nihilo exstitit. Itaque omnis mei pars per mutationem in aliquam mundi partem transferetur; et haec rursus in aliam mundi partem mutabitur, et sic porro in infinitum. Secundum tam mutationem etiam ego ortus sum et ii, qui me genuerunt, et sic retro in aliud infinitum : nihil enim ita nos loqui vetat, etiamsi secundum periodos certis finibus terminatas inundus administretur.

14. Ratio et ars rationales sunt facultates sese ipsis suisque operibus contentae. Cientur igitur a suo ac proprio principio et pergunt ad suum finem propositum : quapropter recte facta appellantur ejusmodi actiones, ipso nomine rectam viam significantes.

15. Nihil horum hominis dicendum est, quæ ad hominem, quoad homo est, non pertinent : non requiruntur ab homine, neque promittuntur a natura hominis, neque ad naturam hominis perficiendam faciunt : proinde neque finis homini propositus in iis consistit, neque id, quod ad hunc finem conficiendum facit, bonum. Porro, si quid horum ad hominem pertineret, ea contemnere iisque se opponere non pertineret ad hominem, neque laude dignus esset, qui se his non indigentem præbet, neque qui aliquid ex iis sibi detrahit, bonus esset, si haec essent bona. Jam vero ut

τις ἀφαιρῶν ἔσωτοῦ τούτων, η̄ τοιούτων ἐτέρων, η̄ καὶ ἀφαιρούμενός τι τούτων ἀνέχηται, τοσῶδε μᾶλλον ἀγαθὸς ἔστι.

ιε'. Οἶτα ἀν τολλάκις φαντασθῆς, τοιαῦτη σοὶ ἔσται η̄ διάνοια: βάπτεται γάρ ὑπὸ τῶν φαντασῶν ἡ ψυχή. Βάπτεται οὖν αὐτὴν τῇ συνεχείᾳ τῶν τοιούτων φαντασῶν· οἰον, δτι ὅπου ζῆν ἔστιν, ἔκει καὶ εὐζῆν ἐν αὐλῇ δὲ ζῆν ἔστιν· ἔστιν ἄρα καὶ εὐζῆν ἐν αὐλῇ. Καὶ πάλιν, δτι οὐπερ ἔνεκεν ἔκαστον κατεσκεύασται, \* \* πρὸς δὲ κατεσκεύασται, πρὸς τοῦτο φέρεται· πρὸς δὲ φέρεται δὲ, ἐν τοῦτῳ τὸ τέλος αὐτῶν· ὅπου δὲ τὸ τέλος, ἔκει καὶ τὸ συμφέρον καὶ τάγαθὸν ἔκαστου· τὸ ἄρα ἀγαθὸν τοῦ λογικοῦ ζώου, κοινωνία. "Οτι γάρ πρὸς κοινωνίαν γεγόνα μεν, πάλαι δεδειχται. "Η οὐκ η̄ν ἐναργές, δτι τὰ χείρω τῶν χρειτόνων ἔνεκεν, τὰ δὲ χρείττω ἀλλήλων; χρείττω δὲ τῶν μὲν ἀφύχων τὰ ἔμψυχα· τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ λογικά.

ιζ'. Τὸ τὰ ἀδύνατα διώκειν, μανικόν ἀδύνατον δὲ, τὸ τοὺς φαύλους μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν.

ιη'. Οὐδὲν οὐδὲν ουμβαίνει, δὲ οὐχὶ πέφυκε φέρειν. Ἄλλως τὰ αὐτὰ συμβαίνει, καὶ η̄τοι ἀγνοῶν, δτι συμβέβηκεν, η̄ ἐπιδεικνύμενος μεγαλοφροσύνην, εὐσταθεῖ, καὶ ἀκάκιτος μένει. Δεινὸν οὖν, ἀγνοιαν καὶ ἀρέσκειαν ἰσχυροτέρας εἶναι φρονήσεως.

ιθ'. Τὰ πράγματα αὐτὰ οὐδὲν ὅπωστιοῦν ψυχῆς ἀπτεται· οὐδὲ ἔχει εἰσόδον πρὸς ψυχήν· οὐδὲ τρέψαι, οὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν δύναται· τρέψει δὲ καὶ κινεῖ αὐτὴν ἔσωτὴν μόνη· καὶ οῶν ἀν κριμάτων κατακώσῃ ἔσωτὴν, τοιαῦτα ἔσωτῇ ποιεῖ τὰ προσυφεστῶτα.

ικ'. Καὶ ἔτερον μὲν λόγον η̄τιν ἔστιν οἰκειότατον ἀνθροπος, καθὶδσον εὐ ποιητέον αὐτὸν καὶ ἀνεκτέον· καθὶδσον δὲ ἐνίστανται τινες εἰς τὰ οἰκεῖα ἔργα, ἐν τι τῶν ἀδικρόρων μοι γίνεται ὁ ἀνθρωπος, οὐχ η̄σσον η̄ θλις, η̄ ἀνευος, η̄ θηρίον. Ὑπὸ τούτων δὲ ἐνέργεια μέν τις ἐμποδίσθειν ἂν δρμῆς δὲ καὶ διαθέσεως οὐ γίνεται ἐμπόδια, διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπήν. Περιτρέπει γάρ καὶ μεθίστησι πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα η̄ διάνοια εἰς τὸ προγύμνενον· καὶ πρὸ ἔργου γίνεται τὸ τοῦ ἔργου τούτου ἐφεκτικόν· καὶ πρὸ δδοῦ, τὸ τῆς δδοῦ ταύτης ἐνστατικόν.

ικα'. Τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κράτιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πᾶσι γράμμενον, καὶ πάντα διέπον. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐν οἷ τὸ κράτιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ ἔκεινον δμογενές. Καὶ γάρ ἐπὶ σοῦ τὸ τοῖς ἀλλοις γράμμενον, τοῦτο ἔστι, καὶ δ σὸς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται.

ικβ'. Ὁ τῇ πόλει οὐκ ἔστι βλάβερὸν, οὐδὲ τὸν πολίτην βλάπτει. Ἐπὶ πάσης τῆς τοῦ βεβλάφθαι φαντασίας τοῦτον ἔπαγε τὸν κανόνα· εἰ η̄ πόλις ὑπὸ τούτου μὴ βλάπτεται, οὐδὲ ἔγω βέβλαψμαι· εἰ δὲ η̄ πόλις βλάπτεται, οὐκ δργιστέον τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν· τὸ παρορόμενον;

ικγ'. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς καὶ ὑπεξαγωγῆς τῶν δντῶν καὶ γινομένων. "Η τε γάρ

quisque maxime his et ejus generis aliis sese ipse privat, aut etiam illis se privari sustinet, ita optimus est.

16. Qualia sunt, quae saepe cogitaveris, talis tibi erit mens tua; imbutur enim cogitationibus animus. Itaque eum perpetuo imbue hujuscemodi cogitationibus, ut: ubi vivere licet, ibi etiam bene vivere licet; in aula autem vivere licet; ergo licet etiam bene vivere in aula. Iterum, cuius rei causa aliquid comparatum est, \* ad hanc (accommodate) comparatum est; ad quam rem comparatum est, ad hanc fertur; ad quod fertur, in eo finis ipsius est; ubi finis, ibi etiam bonum et utilitas cuiusvis: bonum igitur animalis rationalis in colenda societate: nam ad societatem nos esse genitos, dudum est demonstratum. An vero non liquet, deteriora præstantiorum, et ex his alterum alterius causa natum esse? inanimatis autem animata præstantiora, animatis autem ea, quae ratione prædicta sunt.

17. Ea, quae fieri nequeunt, sectari, insania mentis est; fieri autem non potest, quin mali talia faciant.

18. Nihil cuiquam accidit, ad quod ferendum natura non sit comparatus. Alii eadem accidunt, et aut ignorans, sibi ea accidisse, aut magnanimitatem ostentans, tranquillus manet et illas. Indignum igitur, ignorantiam et obsecum plus posse, quam prudentiam.

19. Res ipsae ne minime quidem animum tangunt, neque ulla aditum habent ad animum, neque vertere nec mouere possunt animum: se ipse solus vertit ac movet et qualibus se ipse dignum reddit judicii, talia sibi reddit ea, que extrinsecus ipsi afferuntur.

20. Altera quidem ratione nobis res conjunctissima homo, quatenus iis bene facere eosque ferre nos oportet: quatenus autem quidam nos impedit in operibus propriis, una e rebus mediis mihi sit homo, non minus quam sol, quam ventus, quam bellua. Ab his autem effectus quidem impediti potest; conatus autem et affectionis nulla existunt impedimenta propter exceptionem et circumversionem. Convertit enim mens ac transfert unumquodque effectus impedimentum ad id, quod præpositum est: atque operi conductit id, quod hoc opus impedit, et ad viam consert id, quod in hac via obstat.

21. Eorum, quae in mundo sunt, præstantissimum colito: id autem hoc est, quod omnibus utitur omniaque administrat. Similiter eorum, quae in te sunt, præstantissimum colito: hoc autem id est, quod illi cognatum est: nam etiam in te id, quod ceteris utitur, hoc est, atque vita tua ab hoc regitur.

22. Quod civitati non nocet, neque civi nocet. Ubicunque cogitatio de damno tibi incidit, banc adhibe regulam: si civitas ea re damnum non facit, neque ego damnum feci; si civitati nocetur, non irascendum est ei, qui civitati damnum infert, \* sed ostendendum, \* quid sit, quod negligit.

23. Saepè animo reputa celeritatem, qua omnia, quae sunt et sunt, abripiuntur et oculis subducuntur. Nam

οὐσίᾳ οἶον ποταμὸς ἐν διηγεῖται δύσει· καὶ οἱ ἐνέργειαι ἐν συνεγέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ αἰτιαὶ ἐν μυρίαις τροπαῖς καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἔστων, καὶ τὸ πάρεγγυς· τὸ δὲ ἀπειρον τοῦ τε παρωχῆκότος καὶ μελλοντος ἀχανὲς, ὃ πάντα ἐναφανίζεται. Πῶς οὖν οὐ μωρὸς δὲν τούτοις φυσικοῖς, η̄ σπώμενος, η̄ σγετλιάζων, ως ἐν τινὶ γρόνῳ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνοχλήσαντι;

κδ'. Μέμνησο τῆς συμπάσης οὐσίας, ἵς διλγιστον μετέχεις· καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, οὐ βραχὺ καὶ ἀκαριαῖον σοι διάστημα ἀφώρισται· καὶ τῆς εἰμαρμένης, ἵς ποστὸν ἐι μέρος;

κε'. Ἀλλος ἀμαρτάνει· τί εἰς ἔμε; δψεται· ιδίαν ἔχει διάλεισιν, ιδίαν ἐνέργειαν. Ἐγὼ νῦν ἔχω, δ με θέλει νῦν ἔχειν η̄ κοινὴ φύσις, καὶ πράσσω, δ με νῦν πράσσειν θέλει η̄ ἔμη φύσις.

κξ'. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σου μέρος ἄτρεπτον ἔστω ἐπὶ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας η̄ τραχείας κινήσεως· καὶ μὴ συγχρινέσθω, ἀλλὰ περιγραφέτω ἐαυτὸν καὶ περιορίζετω τὰς πείσεις ἔκείνας ἐν τοῖς μορίοις. Ὁταν δὲ ἀναδιδῶνται κατὰ τὴν ἔτεραν συμπάθειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ως ἐν σώματι ἡγωμένω, τότε πρὸς μὲν τὴν αἰσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, οὐ πειρατεόν ἀντιθείαν· τὴν δὲ ὑπὸληψιν, τὴν ως περὶ ἀγαθοῦ, η̄ κακοῦ, μὴ προστιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ ἔστω.

κξ'. Συζῆν θεοῖς. Συζῆ δὲ θεοῖς δ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἔαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιοῦσαν δὲ, δσα βούλεται δ δαίμων, δν ἐκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα δ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἔαυτοῦ. Οὗτος δέ ἐστιν, δ ἐκάστου νοῦς καὶ λόγος.

κη'. Τῷ γράσσων μήτι δργίζῃ; μήτι τῷ διοστόμῳ δργίζῃ; Τί σοι ποιήσει; τοιοῦτον στόμα ἔχει, τοιαύτας μάλας ἔχει· ἀνάγκη τοιαύτην ἀτοφορὰν ἀπὸ τοιούτων γίνεσθαι. — «Ἀλλ' δ ἀνθρώπος λόγον ἔχει (φησὶ), καὶ δύναται συννοεῖν ἐφιστάνων, τὶ πλημμαλεῖ.» — Εὖ σοι γένοιτο! τοιγαροῦν καὶ σὸν λόγον ἔχεις, κινήσον λογικὴ διαθέσει λογικὴν διάθεσιν· δεῖξον, ὑπόμνησον. Εἴ γάρ ἐπείτε, θεραπεύσεις, καὶ οὐ χρέος δργῆς. Οὔτε τραγωδὸς, οὔτε πόρνη.

κθ'. Ως ἔξειθῶν ζῆν διανοῦ, οὕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. Ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπωσι, τότε καὶ τοῦ ζῆν ἔξειθι· οὕτως μέντοι, ως μηδὲν κακὸν πάσχων. Καπνὸς, καὶ ἀπέρχομαι. Τί αὐτὸν πρᾶγμα δοκεῖς; μέγρι δέ με τοιοῦτον οὐδὲν ἔξεγει, μένων ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς με κωλύσει ποιεῖν, δ θελω. θέλω δὲ κατὰ φύσιν τοῦ λογικοῦ καὶ κοινωνικοῦ ζώου.

κλ'. Ο τοῦ θλου νοῦς κοινωνικός. Πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἔνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. Ὁρδες, ποὺς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν ἐκάστοις, καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς δμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

κλ'. Πῶς προσενήνεται μέγρι νῦν θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῖσι, φί-

et materia fluminis instar in perpetuo est fluxu, et effectus in perpetuis mutationibus, et causæ efficiētes in innumeris conversionibus; atque propemodum nihil est, quod perstat; \* item adjacentem hanc præteriti et futuri temporis immensitatē, in qua omnia evanescunt. Quidni igitur stultus, qui his rebus inflatur aut angitūt aut lamentatur, quasi diutius vel minimam molestiam creatibus?

κλ'. Memento et universæ materiæ, cuius minimam obtinetes partem, et totius ævi, cuius brevissimum et puncti instar obtinens spatium tibi assignatum est, et fati, cuius quanta pars es?

κλ'. Peccat aliquis. Quid ad me? ipse viderit: suam habet affectionem, suam agendi rationem. Ego nunc habeo, quod me habere vult natura communis, et ago, quod me vult agere natura mea.

κλ'. Quæ animæ pars principatum et dominium obtinet, ea immota maneat ad levem asperumve carnis motum, neque ei se immisceat, sed se ipsa circumscribat et illas affectiones intra limites particularum coerceat: quando autem per alterum consensum usque ad mentem pervenient, ut in corpore unito, tum contra sensum quidem, quippe naturalē, non luctandum; sed opinionem, quasi bonum aut malum sit animi principatus ne a se adjiciat.

κλ'. Cum diis vivere. Cum diis autem vivit, qui perpetuo iis exhibet animum suum contentum iis, quæ ipsi sunt assignata, et efficientem ea, quæ jubet genius, quem vitæ moderatorem ac rectorem cuique Jupiter tribuit, particulam a se delibatam; hic autem *genius* cujusque mens est ac ratio.

κλ'. Numquid ei, qui hircum olet, succenses? numquid ei, cui os fetet? Quid te faciat? ejusmodi os, ejusmodi alas habet, ut necesse sit ejusmodi inde exhalari. — «At homo, inquiet, ratione prædictus est atque, modo animum adveriat, intelligere potest, quid delinquat.» Quod bene tibi verlat! Proinde etiam tu ratione prædictus es; rationali animi affectione move rationalem affectionem; edoce, commonefac! nam si audiverit, eum sanabis, neque opus erit ira. Neque tragedus neque scortum.

κλ'. Quemadmodum hinc egressus vivere in animum industi, ita etiam hic vivere licet; quod si tibi non concesserint, etiam e vita exi, ita tamen, ut qui nihil mali passus sis. Fumus est, et abeo. Cur id rem magnam putas? quamdiu autem nihil ejusmodi me hinc educit, liber maneo, nec quisquam me impediit, quominus faciam, quæ volo: volo autem ea, quæ cum natura animalis ratione prædicti et ad societatem natī conveniunt.

κλ'. Universi mens communionis et societatis amans; hinc deteriora præstantiorum causa fecit et præstantiorum alterum alteri conciliavit. Vides, quomodo subjicerit, congesserit, pro dignitate suum cuique tribuerit et præstantissima quaque mutuo inter se consensu devinxerit.

κλ'. Quo modo te usque ad hoc tempus gessisti erga deos, parentes, fratres, uxorem, liberos, præceptores, educato-

λοις, οὐκέτοις, οὐκέταις; εἰ πρὸς πάντας τοι μέχρι νῦν ἔστι τό,

Μήτε τινὰ δέξαι ἑξίσιον, μήτε (τι) εἰπεῖν.

Ἀναμιμηνήσκου δὲ, καὶ δι' οἴων διελῆθυθας, καὶ οἷα ἡρεσας ὑπομεῖναι. Καὶ διτὶ πλήρης ἡδη σοι ἡ ἴστορίας τοῦ βίου καὶ τελεία ἡ λειτουργία· καὶ πόσα ὄπται καλά· καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερέδες· πόσα δὲ ἐνδοξα παρεῖδες· εἰς δύσους δὲ ἀγνώμονας εὑ- γνώμων ἔγενου.

λβ. Διὰ τὸ συγγέουσιν ἀτεχνοῖς καὶ ἀμαθεῖς ψυχαῖς ἔντεχνον καὶ ἐπιστήμονα; Τίς οὖν ψυχὴ ἔντεχνος καὶ ἐπιστήμων; ή εἰδὺς ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰώνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν.

λγ. "Οσον οὐδέπων σποδὸς, η σκελετός, καὶ ήτοι οὐνομα, η οὐδὲ οὐνομα· τὸ δὲ δομομα, φόρος καὶ ἀπήγημα. Τὰ δὲ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενά, καὶ σαπρά, καὶ μικρά, καὶ κυνήδια διαδαχνόμενα, καὶ παιδία φιλόνευκα, γελῶντα, εἴτα εὐθὺς κλαίοντα. Πίστις δὲ καὶ αἰδὼς, καὶ δίκη καὶ ἀλήθεια,

πρὸς Ὀλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.

Τί οὖν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον; εἴγε τὰ μὲν αἰσθητὰ εὑμετάβλητα, καὶ οὐχ ἔστωτα τὸ δὲ αἰσθητήρια ἀκυ- δρὰ καὶ εὐπαρατύπωτα· αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον ἀναθυ- μίας αἱρέταις. Τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν παρὰ τοιούτους κενον. Τί οὖν; περιμένεις θλεως τῇ εἶτε σέβεσιν, εἴτε μετάστασιν. "Εώς δὲ ἔκεινής δ καιρὸς ἐψισταται, τί ἀρκεῖ; τί δ' ἀλλο, η θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, ἀνθρώπους δὲ εὐ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέ- χεσθαι· δοσα δὲ ἔκτος δρῶν τοῦ κρεατίου, καὶ τοῦ πνευ- ματίου, ταῦτα μεμνησθαι μήτε σὰ ὄντα, μήτε ἐπὶ σοι.

λδ. Δύνασαι ἀεὶ εὐρεῖν, εἴγε καὶ δεσύειν, εἴγε καὶ ὁδῷ ὑπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν. Δύο ταῦτα κοινὰ τῇ τε τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ παντὸς λο- γυκοῦ ζώου ψυχῆς· τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου· καὶ τὸ ἐν τῇ δικαιῆῃ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐνταῦθα τὴν δρεῖν ἀπολήγειν.

λε. Εἰ μήτε κακία ἔστι τούτο ἐμή, μήτε ἐνέργεια κατὰ κακίαν ἐμήν, μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ αὐτοῦ διαφέρουμαι; τίς δὲ βλάβη τοῦ κοινοῦ;

λζ. Μὴ δοσοχερῶν τῇ φρντασὶ συνχρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ ἐνναμιν καὶ κατ' αἰκίαν κανεῖ; τὰ μέσα ἐλαττωνται, μὴ μέντοι βλάβην αὐτὸ φαν- τάζεσθαι. Κακὸν γάρ ἔθος. Ἄλλ' ὡς δ γέρων ἀπελ- λών τὸν τοῦ θρηπτοῦ ἀρμένον ἀπήτει, μεμνημένος, διτὶ ἔρμηνος οὐτως οὖν καὶ ὁδε. Ἐπεὶ τοι γίνη καλῶν ἐπὶ τῶν ἀμεδόλων. "Ανθρώπε, ἀπελάσου, τί ταῦτα ἦν; — Ναί· ἀλλὰ τούτοις περιστούδαστα. — Διὰ τοῦτ' οὖν καὶ σὺ μαρδὸς γένης; — Ἐγενόμην ποτὲ διουδήποτε κα- ταλειφθεὶς, εὔμοιρος ἀνθρωπος· — τὸ δὲ « εὔμοιρος » ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας· ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ δρμαὶ, ἀγαθαὶ πράξεις.

res, amicos, familiares, famulos? valetne ad hoc usque tempus erga omnes illud, « nil injusti erga quemquam fecisse aut dixisse? » Memento autem etiam illius, per qualia pertransieris, et quibus perferendis par fueris: item, plenam tibi jam esse vitæ contemplationem et absolutum ejus ministerium; quot pulcra visui oblata sint, quot voluptates ac labores contempseris, quot res glorioas neglexeris, erga quot iniquos aequum te præbueris.

32. Qui sit, ut ingenia artium rudia et imperita confundant artium gnara et perita? Quid igitur est ingenium artis peritum eaque instructum? Quod principium et finem novit rationemque per omnem materiam permeantem et per omne ævum certis quibusdam et definitis temporum cursibus universum administrantem.

33. Jamjam cinis eris aut nuda ossa, et aut nomen aut ne nomen quidem; nomen autem nil nisi strepitus et resonantia; quae in vita magni aestimantur, vana et putida et exilia, canicule mordentes, pueruli contentiosi, modo ridentes, modo plorantes. Fides autem et justitia et verecundia et veritas « ad Olympum a terra spatiose. » Quid igitur amplius est quod hic te retineat? si quidem res, quae sub sensu cadunt, mutationibus ohnoxiæ sunt nec persistunt, ipsi sensus obscuri et hebetes, qui facile falsas rerum species admittunt, ipsa animula exhalatio sanguinis, inter tales gloria florere vanitas. Quid igitur? Aequo animo exspectas vel extinctionem vel translationem. Hujus vero tempus donec advenit, quid sufficit? Quid aliud, nisi ut deos colas celebresque, hominibus bene facias, eos sustineas et ab iis te abstineas, quacunque autem extra fines carunculae et animalia sita sunt, ea memineris nec tua esse neque in potestate tua sita.

34. Potes semper prosperum vitæ cursum tenere, si quidem et certum iter tenere, si quidem via ac ratione et cogitare et agere potes. Haec duo et dei et hominis et cuiusvis animalis ratione prædicti animo communia, non ab alio impediri et in animi affectione justitiæ studiosa habere bonum et hic terminare appetitionem.

35. Si neque vitiositas hæc mea est, neque meæ vitiositatis effectus, neque res publica laeditur, cur propter hoc differor? Quid autem est damnum civitatis communis?

36. Noli ulla ex parte sinere te abripi visis, sed auxiliare pro viribus et dignitate etiam, quando in mediis illis rebus aliquid damni faciunt, quod tamen cave pro damno habeas: malus enim hic mos est; sed quemadmodum senex abiens petebat, pueruli turbinem, membrum, turbinem esse, sic igitur etiam hic agendum. Atqui in jus vocas pro rostris. Oblitus es, homo, qualia hæc sint? — Nequaquam, sed illis videntur studio dignissima. — Eapropter tu quoque stultus fias? Fui olim. — \* Ubicunque derelictus, bene for- tunatus homo: « bene fortunatus », qui bonam fortunam sibi comparavit; bona autem fortuna, boni animi motus, bona agendi ratio, bona actiones.

## BIBAION 5.

## LIBER VI.

α'. Ἡ τῶν δλων οὐσία εὐπειθής καὶ εὐτρεπής δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν κακίαν γάρ οὐκ ἔχει, οὐδὲ τι κακῶς ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτεται τι ὑπ' ἔκεινου. Πάντα δὲ κατ' ἔκεινον γίνεται καὶ περαίνεται.

β'. Μὴ διαφέρου, πότερον ριγῶν η̄ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς καὶ πότερον νυστάζων, η̄ ίκανῶς ὑπνου ἔχων καὶ πότερον κακῶς ἀκούων, η̄ εὐρημούμενος καὶ πότερον ἀποθνήσκων, η̄ πράττων τι ἀλλοίον. Μία γάρ τῶν βιωτικῶν πράξεων καὶ αὐτὴ ἔστι, καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν ἀρκεῖ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ παρὸν εὗ δέσθαι.

γ'. Ἐσω βλέπε· μηδενὸς πράγματος μήτε η̄ ίδια ποιότης, μήτε η̄ ἀξία παρατρέχετο σε.

δ'. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ήτοι ἐκθυμιαθήσεται, εἴπερ ἤνωται η̄ οὐσία, η̄ σκεδασθήσεται.

ε'. Ο διοικῶν λόγος οἶδε, πῶς διακείμενος, καὶ τί ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνος ὑλῆς.

ζ'. Ἀριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἔξομοιούσθαι.

η'. Εὐτὸς τέρπου καὶ προσαναπάνου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβάλνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικῆν, σὺν μνήμῃ θεοῦ.

η'. Τὸ ἡγεμονικὸν ἔστι, τὸ ἑαυτὸν ἐγεῖρον καὶ τρέπον, καὶ ποιῶν μὲν ἑαυτὸν, οἷον ἂν η̄ καὶ θέλῃ, ποιῶν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸν θέλει.

θ'. Κατὰ τὴν δῶν φύσιν ἔκαστα περαίνεται, οὐ γάρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν, η̄τοι ἔξωθεν περιέχουσαν, η̄ ἐμπεριεχομένην ἔνδον, η̄ ἔξω ἀπηρτημένην.

ι'. Ήτοι κυκεών, καὶ ἀντεμπλοκή, καὶ σκεδασμός. η̄ ένωσις καὶ τάξις καὶ πρόνοια. Εἰ μὲν οὖν τὰ πρότερα, τὶ καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίω συγχρίματι καὶ φυρῷ τοιούτῳ ἐνδικτρίθειν; τὶ δέ μοι καὶ μέλει ἄλλου τίνος, η̄ τῷ δρποις ποτὲ « αἴτια γίνεσθαι; » Τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ήξει γάρ ἐπ' ἐμὲ δ σκεδασμός, δ τι ἀν ποιῶ, εἰ δὲ θάτερά ἔστι, σέδω καὶ εὔσταθμ, καὶ θαρρῶ τῷ διοικοῦντι.

ια'. Όταν ἀναγκασθῆς ὑπὸ τῶν περιεστήκτων οἰοντι διαταραχῆναι, ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἔξιστασο τὸν ρυθμὸν· ἔστι γάρ ἐγκρατέστερος τῆς ἀρμονίας, τῷ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι.

ιβ'. Εἰ μητριάν τε ἀμά εἶχες καὶ μητέρα, ἔκεινην τ' ἀνθεράπευες, καὶ δύμας η̄ ἐπάνυδός σοι πρὸς τὴν μητέρη συνεχῆς ἔγίνετο. Τοῦτο σοι νῦν ἔστιν η̄ αὐλή, καὶ (η̄) φιλοσοφία· ὡδὲ πολλάκις ἐπάνιθι, καὶ προσαναπάνου ταύτη, δι' ἣν καὶ τὰ ἔκει σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός.

ιγ'. Οἶον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν δψων καὶ τῶν τοιούτων ἔδωδιμων, δτι νεκρὸς οὗτος ἐχόντος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος, η̄ χοίρου· καὶ πάλιν, δτι δ Φά-

1. Universi materia obsequens est et *fingenti* bene parata: ratio eam administrans nullam in se habet male faciendi causam; malitiam enim neque habet nec male faciet cuiquam, neque ab ea quidquam laddratur. Omnia vero secundum hanc fiunt ac perficiuntur.

2. Nihil tua referat, utrum rigens an calore fatus id, quod te deceat, facias, neque utrum dormituriens an somni satur, male audiens an fama florens, moriens an aliquid diversum faciens. Etenim ex hujs vita officiis hoc est etiam quod morimur; sufficit igitur et in hoc, quod prae manibus est recte disponere.

3. A criter intuere; neque propria ullius rei natura nec dignitas te fugiat!

4. Omnia, quae sunt, celerrime mutantur et aut in exhalationem abibunt, si unita est materia, aut dissipabuntur.

5. Ratio universi gubernatrix novit certo modo se habens, quod agit et in qua materia versatur.

6. Optima ratio ulciscendi, non similem *malis* fieri.

7. Delectet te tibique satisfaciat ab una actione, quae societati prodest, transire ad aliam ejusdem generis, memorem dei.

8. Principalis animi pars ea est, quae se ipsa suscitat et veritatem talem se ipsa facit, qualis demum sit et esse velit, quaeque facit, ut quidquid contingit tale videatur, quale ipsa vult.

9. Secundum universi naturam singula perficiuntur; neque enim secundum aliam ullam vel extrinsecus ambientem vel intus inclusam vel foris suspensam.

10. Aut confusio et mutuus complexus et dissipatio, aut unitas et ordo et providentia: si priora, quid est, cur huic mixtura fortuitæ et colluviee immorari cupiam? quid aliud mihi curæ est, quam quomodo « terra siam? » Cur etiam perturbor? Veniet enim ad me dissipatio, quidquid faciam. Si altera sunt, veneror et tranquillo sum animo et confido rectori.

11. Quando a rebus, quae circumstant, quasi perturbari coactus es, cito ad te redi, neque ultra, quam necesse est, a tenore dimovearis: eo enim facilius concentum tueberis, quo sæpius ad eum redieris.

12. Si novercam simul et matrem haberes, illam quidem coleres, ad matrem tamen te frequentissime reciperes. Harum instar nunc tibi aula est, et philosophia: ad hanc saepe revertere et in ea acquiesce, per quam etiam quae illuc sunt tibi tolerabilia videntur, et tu ipse in illis tolerabilis.

13. Quemadmodum jam de obsoniis atque ejusmodi edulis imaginem animo concipimus, ut, hoc piscis cadaver esse, illud cadaver avis aut porci, item, Falernum esse succulūm

ιερνος χυλαριόν ἔστι σταφυλίου· καὶ ἡ περιπόρφυρος,  
πριγία προβατίου, αἴματίψ χόλης δεδεμένα· καὶ ἐπὶ<sup>τῶν</sup> κατὰ τὴν συνουσίαν, ἐντερίου παράτριψις, καὶ  
μετά τίνος σπασμοῦ μυξαρίου ἔκχρισις· οἵτις δὴ αἰταῖ  
εἰσιν αἱ φαντασίαι, καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ δειξιούσαι δὶ αὐτῶν, ὥστε δρῆν, οἵτινά ποτ'  
ἰστιν· οὕτως δὲ πάρ' ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, καὶ διοικήσαι  
λίαν ἀξιόπιστα τὰ πράγματα φαντάζεται, ἀπογυμνοῦν  
αὐτὰ, καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν καθορῆν, καὶ τὴν ἴστορίαν,  
ἔφ' ἣ σεμνύνεται, περιαριέν. Δεινός γάρ δῆμος  
οὓς παραλογιστής· καὶ θετε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ  
σπουδαῖα καταγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγητεύει.  
Οὐρα γοῦν, δὲ Κράτης τί περὶ αὐτοῦ τοῦ Ξενοχράτους  
λέγει.

ιδ. Τὰ πλεῖστα, ὃν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γενι-  
κύτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ ἔξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα,  
λίθους, ξύλα, συκᾶς, ἀμπελους, ἔλαιας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν  
δλίγων μετριώτερων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον πολ-  
υμίας, ἀγέλας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς τὰ  
ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, οὐ μέντοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθὸ  
τεγκικῆς, ἢ ἀλλοι πως ἐντρεχῆς, ἢ κατὰ φύλον, τὸ  
πλῆθος ἀνδροπόδων κεκτῆσθαι. Οὐ δὲ ψυχὴν λογικὴν  
καθολικὴν καὶ πολιτικὴν τιμῶν, οὐδὲν ἔτι τῶν ἀλλων  
ἐπιστρέφεται· πρὸ ἀπάντων δὲ τὴν ἕαυτοῦ ψυχὴν λο-  
γικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν, καὶ κινουμένην διασώ-  
ζει, καὶ τῷ διαμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ.

ιε'. Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγο-  
νέναι· καὶ τοῦ γινομένου δὲ ἥδη τι ἀπέσθητο δύσει καὶ  
ἀλλοισεις ἀνανεοῦσι τὸν κόσμον διηγεῖσθαι, ὥσπερ τὸν  
ἄπειρον αἰώνα τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος φορὰ νέον δὲι  
παρέγεται. Ἐν δὴ τούτῳ τῷ ποταμῷ τί ἄν τις τού-  
των τῶν παραθεόντων ἔκτιμησειεν, ἐφ' οὗ στῆναι οὐκ  
ἔστιν; "Ωστερ εἰ τίς τι τῶν παραπετομένων στρου-  
θίων φιλεῖν ἀργοτό· τὸ δὲ ἥδη ἐξ ὁρθαλμῶν ἀπελή-  
λυθεν. Τοιοῦτον δή τι καὶ οὐτῇ ἡ ζωὴ ἔκάστου, οἷον  
ἢ ἀρμάτων ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνά-  
πνευσις. "Οποῖον γάρ ἔστι τὸ διπαξ ἐλκύσαι τὸν ἀέρα  
καὶ ἀποδοῦναι, διπερ παρέχαστον ποιοῦμεν, τοιοῦτον  
ἔστι καὶ τὸ τὴν πάσαν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, ἢν γέτε  
καὶ πρώην ἀποτεχθεὶς ἔκτισθαι, ἀποδοῦναι ἐκεῖ, θίνεν τὸ  
πρῶτον ἔσπασας.

ιε'. Οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὃς τὰ φυτὰ, τίμιον, οὔτε  
τὸ ἀναπνεῖν, ὃς τὰ βοσκήματα καὶ τὰ θηρία, οὔτε τὸ  
τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν, οὔτε τὸ νευροσπαστεῖσθαι  
καὶ δρμήν, οὔτε τὸ συναγελάζεσθαι, οὔτε τὸ τρέφεσθαι·  
τοῦτο γάρ δμοιον τῷ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς  
τροφῆς. Τί δὲν τίμιον; Τὸ κροτεῖσθαι; Οὐχί. Οὐκ-  
ῶν οὐδὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γάρ παρὰ  
τῶν πολλῶν εὐφημίαι, κρότος γλωσσῶν. Ἀφῆκας οὖν  
καὶ τὸ δοξάριον· τί καταλείπεται τίμιον; Δοκῶ μὲν, τὸ  
κατὰ τὴν ὕδινην κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ ἴσχεσθαι, ἐφ'  
ὅ καὶ αἱ ἐπιμελεῖαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. "Η τε γάρ  
τέχνη πᾶσα τούτου στοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν  
επιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον, πρὸς δὲ κατεσκεύασται·

υνυλα, praetextam ovicula pilos, conchæ crurore infectos; de  
coitu, esse intestini frictionem et excretionem muci cum  
convulsione quadam — quales utique sunt rerum imagines,  
quæ res ipsas assequuntur easque penetrant, ut, quænam  
tandem eæ sint videre liceat — sic etiam per totam vitam  
nos facere oportet ac res, ubi vel maxime fide dignæ vi-  
deantur, denudare et vilitatem earum spectare et externam  
speciem, qua superbunt, tollere. Nam gravis impostor  
est fastus, et quando maxime putas, te res serias agere,  
tum maxime in fraudem inducit. Vide saltem, Crates quid  
de ipso Xenocrate dixerit.

14. Pleraque, quæ vulgus hominum admiratur, ad ge-  
neralia rerum capita referuntur : alia quæ vi copulante aut  
natura continentur, lapides, arbores, fucus, vites, oleæ : alia,  
que pauci moderationes admirantur, inter ea, que  
anima continentur, ut greges ; armenta ; alia, quibus urba-  
niores capiuntur, inter ea quæ anima rationali prædicta  
sunt, non tamen universali, sed quatenus artium perita  
aut alia quadam sollertia excellit aut simpliciter *rationalis*  
est, ut servitiorum turbam possidere. Qui autem animam  
rationalem universalem et societatis amantem veneratur,  
nihil amplius cetera curat, ante omnia vero animum suum  
ita affectum et se moventem, ut rationi et civitati convenit,  
conservat et cognatum suum, ut id consequatur, adjuvat.

15. Hæc properant fieri, illa properant fuisse, quiu etiam  
ejus quod fit, jam aliquid evanuit : fluxus et mutationes  
mundum perpetuo renovant, quemadmodum immensum  
illud ævum continuus lapsus novum semper  
præstat. In hoc igitur flumine equis horum, quæ pra-  
terlabuntur, quidquam in pretio habeat? perinde ac si quis  
praetervolantium passerculorum aliquem diligere coepis-  
set, is vero jam et conspectu abisset. Eiusmodi saepe est  
vita cuiusque, cuiusmodi est exhalatio sanguinis aut spir-  
itus ab aere attractio. Quale enim est, semel animam at-  
trahere et efflare, quod quidem singulis temporis momentis  
facimus, tale etiam est, omnem illam respirandi facultatem,  
quam heri aut nudiustertius in ortu accepisti, eo  
reddere, unde eam primo hausisti

16. Neque quod perspiramus, ut stirpes, aestimatione  
dignum est, neque quod respiramus, ut pecudes et bellua,  
neque quod species rerum per visa nobis imprimuntur, ne-  
que quod agendi impetu huc illuc rapimur, neque quod  
congregamur et nutrimur : hoc enim perinde est atque ali-  
menti quod superfluum est excernere. Quid igitur est,  
quod aestimatione dignum sit? Num plausu excipi? Nequa-  
quam. Itaque nec linguarum plausu excipi : multitudinis  
enim laus quid aliud est, nisi linguarum strepitus? Sustu-  
listi igitur gloriolam quoque; quid restat, quod aestima-  
tione dignum sit? Hoc opinor, secundum propriam consti-  
tutionem ei moveri et motum sistere, quo etiam et studia  
et artes ducunt. Nam etiam omnis ars id spectat, ut id,  
quod paratur aptum sit ad opus, ad quod paratur : et vi-

δ τε φυτουργὸς δ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ δ πωλοδάμνης, καὶ δ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, τοῦτο ζητεῖ. Αἱ δὲ παιδαργαίαι, οἵ διδασκαλίαι ἐπί τι σπεύδωσιν· ὥδε οὖν τὸ τίμιον. Καὶ τοῦτο μὲν ἀν εὗ ἔχη, οὐδὲν τῶν ἀλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. Οὐ παύση, καὶ ἀλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔστη, οὔτε αὐτάρκης, οὔτε ἀποθήκης. Ἀνάγκη γάρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφρῆσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἔκεινο δύναμένους, ἐπίθουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπὸ σοῦ θλῶς πεφύρθαι ἀνάγκη τὸν ἔκεινον τίνος ἐνδεῆ· προσέτι δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι· ή δὲ τῆς ἴδιας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ σεαυτῷ τε ἀρεστόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς εὐάρμοστον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον, τουτέστιν, ἐπαινοῦντα, διστάσαις διανέμουσι καὶ διατετάχασιν.

ιζ'. Ἄνω, κάτω, κύκλῳ, φοραὶ τῶν στοιχείων. Ή δὲ τῆς ἀρετῆς κλήνησις ἐν οὐδεμιᾷ τούτων, ἀλλὰ θειότερόν τι, καὶ δόῳ δυσεπινόητῳ προιόντα εὐοδεῖ.

ιη'. Οἶον ἔστιν, δ ποιεῦσι! τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν οὐ θέλουσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων εὐφημηθῆναι, οὓς οὔτε εἴδον ποτέ, οὔτε ὄψονται, περὶ πολλῶν ποιοῦνται. Τοῦτο δὲ ἐγγύς ἔστι τῷ λυτηθῆναι ἀν, δι τοιούτῳ καὶ οἱ προγενέστεροι περὶ σοῦ λόγους εὐφήμους ἔποιεῦντο.

ιθ'. Μὴ, εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκαταπόνητον, τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν· ἀλλ' εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατόν καὶ οἰκεῖον, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε.

ιχ'. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ δυνητικάς κατέδρυψε τις, καὶ τῇ κεφαλῇ ἐφράγμεις πληγὴν ἐτοίσθη. Ἀλλ' οὔτε ἐπισημαίνομεθα, οὔτε προσκόπτομεν, οὔτε ὑφρώμεθα ὑστερόν, ὡς ἐπίθουλον καίτοι φυλαττόμεθα, οὐ μέντοι ὡς ἐχθρὸν, οὐδὲ μεθ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως εὐμενοῦς. Τοιούτον τι γινέσθω καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τοῦ βίου· πολλὰ παρενθυμώμεθα τῶν οἰον προσγυμναζομένων. Ἐξεστο γάρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲν ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

ικ'. Εἰ τίς με ἐλέγαι, καὶ παραστῆσαι μοι, δι τοῦ ὄρθοῦς ὑπολαμβάνω ή πράσσω, δύναται, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γάρ τὴν ἀλήθειαν, οὐρῆς οὐδὲς πώποτε ἀδιάθη. Βλάπτεται δὲ δ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας.

ιδ'. Ἐγὼ [δὲ] ἔμαυτοῦ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἀλλὰ με οὐ περισπῆ· ητοι γάρ ἀψυχα, η ἀλογα, η πεπλανημένα, καὶ τὴν δόδον ἀγνοοῦντα.

ιγ'. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις, καὶ καθόλου πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως· τοῖς δὲ ἀνθρώποις, ὡς λόγον ἔχουσι, χρῶ κοινωνικῶς. Ἐφ' ἀπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ· καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις ἀρκοῦσι γάρ καὶ τρεῖς ὥραι τοιαῦται.

ιδ'. Ἀλέξανδρος δ Μαχεδῶν, καὶ δ ὄρεωνόμος αὐτοῦ, ἀποθανόντες εἰς ταῦτα κατέστησαν· ητοι γάρ ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους· ή διεσκεδάσθησαν δμοίνως εἰς τὰς ἀτόμους.

nitor, qui vites colit, et qui equos domat et qui canes curat huic studet operi. Puerorum educatio et disciplina aliquem finem consequi student; ibi igitur id, quod aestimatione dignum est; quod si bene habuerit, nihil ceterorum tibi comparare studebis. Non desines multa alia aestimare? Itaque nec liber eris, nec tibi sufficiens, neque animi perturbationibus vacuus. Non enim fieri potest, quin in videas, æmularis eosque suspectos habeas, qui illis te privare possint, et insidias struas iis, qui id, quod a te tanti aestimatur, possident. Omnino necesse est te perturbari, si qua illarum rerum indigetas, prætereā sæpe de diis conqueri; sed propriæ mentis verecundia et honor et te tibi gratum reddet et sociis commodum et diis consentientem, hoc est, quæcunque attribuunt et constituunt, laudibus celebrantem.

17. Sursum, deorsum, in orbem seruntur elementa; virtutis autem motus nulla harum viarum fertur, sed divinior quadam res et via difficulti comprehensu incendens feliciter progeditur.

18. Quale est, quod faciunt! homines ejusdem artatis et qui cum ipsis vivunt, eos laudare nolunt, ipsi vero a posteris, quos nec viderunt neque unquam videbunt, celebrari plurimi faciunt. Hoc propemodum idem est, ac si doles, quod prisci illi te non celebrarunt laudibus.

19. Noli, si quid tibi effectu difficile, opinari, hominem id non posse præstare, sed si quid ab homine effici potest eique est familiare, id te quoque assequi posse persuasum habe.

20. In palestra vel unguibus nos laceravit aliquis vel illiso capite vulnus nobis infixit. Verum neque notamus, neque ossendumur, neque in posterum, ut insidiatorem, suspectum habemus, quainquam cavemus, nec tamen tanquam ab hoste, neque cum suspicione, sed benevolia cum declinatione. Idem etiam in ceteris vitæ partibus fiat: ad multa eorum, quæ faciunt, qui nobiscum quasi in certamine committuntur, animum non advertamus. Licet enim, ut dixi, declinare, et nec suspiciosum esse, neque odio illos habere.

21. Si quis me convincere mibique ostendere potest, me non recte sentire aut agere, kēto animo ad meliorem frugem redibo: veritatem enim sector, a qua nemo unquam lasus est; laeditur autem, qui in errore suo et ignorantia persistit.

22. Ego, quod meum est officium, facio: cetera me non distrahabunt; aut enim anima aut ratione carent, aut aberarunt et viam ignorantia.

23. Animantibus ratione parentibus omninoque rebus et conditionibus tu, ut ratione præditus, ratione parentibus, magno ac libero animo fac utaris; hominibus ut ratione præditis ita utere, ut communionis ratio postulat; in omnibus deorum auxilium implora nec tua intersit, quam longo tempore hæc facturus sis: nam sufficient tres horæ sic exactæ.

24. Alexander Macedo ejusque milio post mortem in idem redacti sunt: nam aut in easdem mundi rationes seminales redacti sunt, aut pariter in atomos dispersi.

κε'. Ἐνθυμήθητι, πόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκάριαιον γρόνον ἐν ἔκαστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὸν δῆμον καὶ ψυχικόν· καὶ οὕτως οὐ θαυμάσεις, εἰ πολὺ πλείω, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα ἐν τῷ ἐνὶ τε καὶ σύμπαντι, διὸ δὴ κόσμον δινομάζουμεν, ἅμα ἐνυφίσταται.

κξ'. Ἐὰν τίς σοι προβάλῃ, πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίνου ὄνομα, μήτι κατεντεῖνομένος προσίση ἔκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργῆ; μήτι οὐκ ἔξαριθμητη πράφως προιὼν ἔκαστον τῶν γραμμάτων; οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, διτὶ πᾶν καθῆκον ἐς ἀριθμῶν τινῶν συμπληροῦται. Τούτους δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδύσχεραίνοντα, περαίνειν διῶ τὸ προκείμενον.

κξ'. Πῶς ὡμόν ἐστι, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις δρμάν ἐπὶ τὰ φρινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα; καὶ τοι τρόπον τινὲς οὐ συγχωρεῖς αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, διτὸν ἀγανακτῆς, διτὶ ἀμαρτάνουσι. Φέρονται γάρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. — Ἄλλ' οὐκ ἔχει οὕτως. — Οὐκοῦν δίδασκε, καὶ δέκινε μὴ ἀγανακτῶν.

κη'. Θάνατος, ἀνάπαιαλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας, καὶ δρμητικῆς νευροσπαστίας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου, καὶ τῆς πρὸς τὴν σάρκα λειτουργίας.

κη'. Αἰσχρον ἐστιν, ἐν τῷ βίῳ τὸ σώμα σοι μὴ ἀπαυδῆ, ἐν τούτῳ τὴν ψυχὴν προαπαυδῆν.

16. Optime vitam transigendi facultas ipsa in animo sita est, si res indifferentes in nullo discrimine ponit; id autem faciet, si earum unamquamque sejunctim et ex omni parte spectaverit et meminerit, illarum nullam nos cogere, ut hoc vel illud de iis opinemur, neque ad nos accedere, sed illas quietas consistere, nos autem esse, qui judicis de iis proferamus easque in nobis ipsis depingamus, quum liceat non depingere, adeoque liceat, si forte clam irreperint, statim delere: brevi tantum tempore hac cautione opus fore, tum vitæ finem instare. Quid tamen in his \* omnino difficile est? Si enim naturæ convenientia, iis letare et facilia tibi sunt; si contra naturam, quære, quid tibi secundum tuam naturam sit et ad hoc contendere, etiam si non gloriosum sit. Venia enim cuique est, qui bonum suum sectatur.

17. Unde prodierint singula, quibus ex materiis substratis singula constent, in quid mutantur, mutata qualia sint futura, et ut nihil mali patientur.

18. Ac primum: quænam mili ad eos sit ratio, et nos, alterum alterius causa, natos esse, me alio quodam respectu iis esse præfectum, ut gregi aries, ut armento taurus. Altius vero rem repele, ex hoc: si non atomi, natura est, quæ res administrat; quod si est, deteriora sunt præstantiorum causa, hæc autem, alterum alterius causa.

Deinde, quales sint ad mensam, in lectulo, reliqua; potissimum vero, quibus decretorum necessitatibus cogantur, et hæc ipsa quanto cum fastu agant.

Tum, si recte hæc faciant, non esse ægre ferenda; sin minus, eos manifesto nolentes et ignorantes agere. Omnis enim animus, ut veritate, sic etiam ea virtute, quæ sum

τοῦ ἀληθοῦς, οὗτας καὶ τοῦ κατ' ἀξίαν ἐκάστῳ προσφέρεσθαι. Ἀχθονται γοῦν ἀκούοντες ἀδικοι, καὶ ἀγνόμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπτας ἀμαρτητικοὶ περὶ τοὺς πλησίους.

Τέταρτον, διτὶ καὶ αὐτὸς πολλὰ ἀμαρτάνεις, καὶ ἄλλος τοιοῦτος εἴ· καὶ εἰ τινῶν δὲ ἀμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ τὴν γε ἔξιν ποιητικὴν ἔχεις, εἰ καὶ διὰ δειλίαν, ηδὸν κοπιάτιαν, ηδὸν τοιοῦτο τι κακὸν, ἀπέχῃ τῶν δυοῖν τῶν ἀμαρτημάτων.

Πέμπτον, διτὶ οὐδὲ, εἰ ἀμαρτάνουσι, κατεῖληρας· πολλὰ γάρ καὶ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. Καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τις περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς τι ἀπορήντηται.

Ἔκτον, διτὶ, δταν λίαν ἀγανακτῆσις, ηδὸν δυσπάθησις, ἀκαριαῖος δὲ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ' ὅλιγον πάντες ἔχεταθήμεν.

Ἐβδόμον, διτὶ οὐχ αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν ἡμῖν· ἔκειναι γάρ εἰσιν ἐν τοῖς ἑκείνων ἡγεμονικοῖς· ἀλλὰ αἱ ἡμέτεραι ἀνολήψεις. Ἄρον γοῦν, καὶ θελητοὺς ἀφείνει τὴν ὃς περὶ δεινοῦ κρίσιν, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ὁργή. Πᾶς οὖν ἄρης· Λογισάμενος, διτὶ οὐκ αἰσχρόν· ἐὰν γάρ μη μόνον ηδὸν τὸ αἰσχρὸν κακὸν, ἀνάγκη καὶ σὲ πολλὰ ἀμαρτάνειν, καὶ ληστὴν καὶ παντοῖον γενέσθαι.

Οὐδόν, δσω χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὁργαὶ καὶ λύπαι, αἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ηπερ αὐτά ἔστιν, ἐφ' οἷς ὁργίζομεθα καὶ λυπούμεθα.

Ἐννατον, διτὶ τὸ εὔμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ηδ., καὶ μὴ σεστρός, μηδὲ ὑπόκρισις. Τί γάρ τοι ποιήσει δὲ ὑβριστικώτατος, ἐὰν διατελῆς εὔμενής αὐτῷ, καὶ, εἰ οὕτως ἔτυχε, πράγμα παρανῆς καὶ μεταδιδάσκης εὐσχολῶν παρ' αὐτὸν ἔκεινον τὸν καίρον, δτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιτεχεῖτε, «Μὴ, τέκνον· πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν. Ἐγὼ μὲν οὐ μὴ βλαβῶ, σοὶ δὲ βλάπτη, τέκνον.» Καὶ δεκάνυναι εὐαφῶς καὶ διλικῶς, δτε τοῦτο οὕτως ἔχει, δτε οὐδὲ μελισσαὶ αὐτὸν ποιοῦσιν, οὐδὲ δσα συναγελλαστικά πέφυκε. Δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸν ποιεῖν, μήτε δνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ ἀδήκτως τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ ὃς ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστάς θαυμάσῃ· ἀλλ' ηγοὶ πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοι τινὲς περιεστήκωσι. . . .

Τούτων τῶν ἐννέα χεφαλαίων μέμνησον, ὃς παρὰ τῶν Μουσῶν δῶρο εἰληφός· καὶ ἄρξαι ποτὲ ἀνθρωπος εἶναι, ἔως ζῆς. Φυλακτέον δὲ ἐπίσης τῷ ὁργίζεσθαι αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐτοῖς· ἀμφότερα γάρ ἀκοινύνηται, καὶ πρὸς βλάβην φέρει. Πρόχειρον δὲ ἐν ταῖς ὁργαῖς, δτε οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικὸν, ἀλλὰ τὸ πρᾶξον καὶ θήμερον, ὥστερ ἀνθρωπικώτερον, οὕτως καὶ ἀρρενικώτερον· καὶ ισχύος καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τούτων μέτεστιν, οὐχὶ τῷ ἀγανακτοῦντι καὶ δυσαρεστοῦντι. Οὐσω γάρ ἀπαθείᾳ τοῦτο οἰκείοτερον, τοσούτῳ καὶ δυνάμει. Ωσπερ τε ηδὸν ἀσθενοῦς, οὕτως καὶ ηδὸν ὁργῆς. Άμφοτερος γάρ τέτρυνται, καὶ ἐνδεόνυχασιν.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ δέκατον παρὰ τοῦ Μουσηγέτου δῶρον λάβει, δτε τὸ μὴ ἀξιοῦν ἀμαρτάνειν τοὺς φυλῶν μανικῶν· ἀδυνάτου γάρ ἐψίεται. Τὸ δὲ συγχωρεῖν ἀλ-

cuique pro dignitate tribuit, invitus privatur; hinc quoquo dolore afficiuntur, quum injusti, ingrati, avari, omninoque in alios peccantes audiunt.

Porro, te quoque ipsum multa peccare et alium ejusdem generis esse; atque, si quibusdam abstineas peccatis, tamen tibi esse habitum, ex quo proficiscantur, etsi ignavia aut gloriae cupiditate aut alia mala de causa similibus abstineas.

Porro, te, an peccaverint, ne satis quidem intelligere: multa enim etiam ex prudenti dispensatione sunt; atque omnino multa explorata haberi oportere, priusquam de aliorum actionibus certi aliquid statuas.

Porro, quando maxime stomacharis et inique fers, puncti instar esse vitam humanam et brevi nos omnes vita esse excessuros.

Porro, non eorum actiones nobis molestiam creare, quippe quae in illorum mentibus insint, sed nostras opiniones. Tolle igitur et missum fac judicium illud, quasi malum esset, et abiit ira. Quomodo vero tollas? Repulans tecum, non esse inbonestum: nisi enim sola turpitudine esset malum, necesse esset, te quoque multa peccare et latronem et quid non? fieri.

Porro, quanto molestiora nobis adferant, ira et dolor qui ex iis oriuntur, quam res ipsae, propter quas irascimur et dolemus.

Denique, benevolentiam, si genuina, non simulata aut fucata sit, invictam esse. Quid enim tibi faciet, qui vel maxime contumeliosus est, si benevolus ei esse perrexeris, et, si occasio ita tulerit, eum placide adhortatus fueris, et eo tempore, quo te laedere conatur, quietus sic admonueris; «Absit, mi fili! ad aliam rem nati sumus: ego quidem neutriquā lassus ero, sed tu laederis, mi fili!» Atque quam lenissime et universim ei ostendere, rem sic se habere, neque apes id facere, neque alias animantes, qua natura gregatim vivant. Oportet vero hoc neque irridendi neque exprobrandi causa te facere, sed cum sincero amoris affectu atque animo non irritato, neque vero tanquam in schola, neque ut alius, qui adstat, te admiretur, sed aut ei soli id dici oportet, aut, \* si forte alii adiunt.....

Horum novem capituli memento, quasi dona ea a Musis accepisses; et incipe tandem homo esse, dum vivis. Pariter vero cavendum, ne adulteris eos, quam ne irascaris: utrumque enim a societatis communione alienum est et damnum adferit. Accedente autem ira, in promptu sit, non irasci esse viri, sed lenitatem ac mansuetudinem, ut humaniores, ita viro dignorem esse; huic robur et nervos et fortitudinem inesse, non ei, qui indignatur et offenditur. Quanto enim propinquius hoc est affectuum vacuitati, tanto etiam potentiae propius est. Atque ut tristitia, ita etiam ira infirmi hominis est; nam uterque vulneratus est et sese dedit.

Si lubet, etiam decimum a Musarum praeside domum accipe: nolle peccare pravos homines, esse insanum; quoniam appetit id, quod fieri non potest. Concedere, ut erga

λοις μὲν εἶναι τοιούτους, ἀξιοῦν δὲ, μὴ εἰς σὲ ἀμαρτάνειν, ἄγνωμον καὶ τυραννικόν.

ιθ'. Τέσσαρας μᾶλιστα τροπὰς τοῦ ἡγεμονικοῦ παραφυλακτέον διηγεῖται, καὶ ἐπειδὴν φωράσῃς, ἀπαλείπτεον, ἐπιλέγοντα ἐφ' ἔκαστοι οὕτως· Τοῦτο τὸ φάντασμα οὐχ ἀναγκαῖον τοῦτο λυτικὸν κοινωνίας τοῦτο οὐκ ἀπὸ σαυτοῦ μέλλεις λέγειν· τὸ γὰρ μὴ ἀφ' ἔκαστοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀτοπωτάτοις νόμικες. Τέταρτον δὲ ἔστι, καὶ θεσαυτῷ διενιδεῖται, διτοῦ ἡττωμένου ἔστι καὶ ὑποκαταχλινομένου τοῦ ἐν σοὶ θειοτέρου μέρους τῇ ἀπικοτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἥδοναις.

κ'. Τὸ μὲν πνευμάτιον σου, καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν, δον ἐγκέραται, καίτοι φύσει ἀνωφερῆ δύντα, δύμος πειθόμεν τῇ τῶν διατάξει, παραχρατέται ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ συγχρίματος. Καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καίτοι κατωφερῆ δύντα, δύμος ἐγήγερται καὶ ἐστηκε τὴν οὐχ ἔαυτῶν φυσικὴν στάσιν. Οὐτῶς ἄρα καὶ τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς διοίσι, ἐπειδάν που καταταχθῇ, σὺν βίᾳ μένοντα, μέρχις ἀνέκειθεν πάλιν τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημάνη. Οὐ δεινὸν οὖν, μόνον τὸ νοερόν σου μέρος ἀπειδές εἶναι καὶ ἀγανακτεῖν τῇ ἔαυτοῦ χώρᾳ; καίτοι οὐδὲν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάσσεται, ἀλλ' ἐ μόνα κατὰ φύσιν ἔστιν αὐτῷ· οὐ μέντοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἔναντίαν φέρεται. Ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀδικήματα, καὶ τὰ ἀχολαστήματα, καὶ τὰς δργὰς, καὶ τὰς λύπας, καὶ τοὺς φόβους κίνησις, οὐδὲν ἀλλο ἔστιν, ἢ ἀρισταμένου τῆς φύσεως. Καὶ δταν δέ τινι τῶν συμβαίνοντων δυσχεραίνῃ τὸ ἡγεμονικὸν, καταλείπει καὶ τότε τὴν ἔαυτοῦ χώραν. Πρὸς διστότητα γὰρ καὶ θεοεέδειαν κατεσκεύασται, οὐχ ἡττον, ἢ πρὸς δικαιοισύνην. Καὶ γὰρ ταῦτα ἐν εἴδει ἔστι τῆς εὔκοινησίας, μᾶλλον δὲ πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγμάτων.

κα'. Ω μὴ εῖς καὶ δ αὐτός ἔστιν δεὶ τοῦ βίου σκοπὸς, οὗτος εἰς καὶ δ αὐτὸς δὶ' θίου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται. Οὐκ ἀρκεῖ δὲ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κάκενο προσθῆς, δποῖον εἶναι δεὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν. "Ωσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν δπωσοῦ τοῖς πλεοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑποληψίες δμοίας ἔστιν, ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶνδε τινῶν, τυτέστι τῶν κοινῶν· οὐτω καὶ τὸν σκοπὸν δεὶ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσασθαι. Ὁ γὰρ εἰς τοῦτο πάσας τὰς ἴδιας δρμάς ἀπευθύνων, πάσας τὰς πράξεις δμοίας ἀποδώσει, καὶ κατὰ τοῦτο δεὶ δ αὐτὸς ἔσται.

κβ'. Τὸν μὲν τὸν δρεινὸν, καὶ τὸν κατοικίδιον, καὶ τὴν πτοίαν τούτου καὶ διασόδησιν.

κγ'. Σωκράτης καὶ τὰ τῶν πολλῶν δόγματα Λαμίας ἔκάλει, πατιδίων δείματα.

κδ'. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἀτίθεσαν· αὐτοὶ δὲ, οὖ ἔτυχεν, ἔκαθέζοντο.

κε'. Τῷ Περδίκκᾳ δ Σωκράτης περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι περ' αὐτὸν, « Ἰνα, ἔφη, μὴ τῇ κκίστω ὀλέθρῳ

alios tales sint, modo non in te peccant, iniquum esse et tyrannicum.

19. Qualiter potissimum mentis aberrationes perpetuo cavendae, et si quando eas in te deprehenderis, tollendas eo, quod de singulis sic tecum loqueris: Hæc opinio non est necessaria: hoc societatis vinculum solvit: hoc non a te dicturus es; non autem a te dicere ineptissimum habeto. Quartum est, in quo tibi ipse exprobras, proficiisci id a parte tui diviniorē devicta et succumbente parti corporis viliori ac mortali ejusque crassis voluptatibus.

20. Animula tua omneque igneum, quantum commixtum est, quamquam natura sursum feruntur, tamen universi dispositioni obtemperantia, hic in hac massa commixta detinentur. Quidquid porro in te terrenum et humidum est, quamquam deorsum fertur, tamen sursum attollitur et statum occupat suæ ipsius naturæ non proprium. Sic igitur ipsa elementa universo obtemperant et postquam alicubi per vim collocata sunt, ibi permanent, donec iterum dissolutionis signum datur. Nonne igitur turpissimum est, solam tui partem ratione præditam esse immorigeram et locum suum indigne ferre? quamquam ei nihil quidem per vim imponitur, sed ea tantum, quæ naturæ ejus convenient — et tamen non sustinet, sed in adversam fertur partem: motus enim, quo ad injurias, voluptatum blanditias, iram, dolorem, metum fertur, nihil aliud est, nisi defectio a natura. Quin etiam mens, quum aliquid eorum, quæ accidentū, ægre fert, stationem suam deserit: ad pietatem enim et deorum venerationem non minus nata est, quam ad justitiam. Nam haec quoque in eorum numero sunt, quæ ad societatem servandam faciunt, immo vero justis actionibus antiquiora.

21. Cui non unum idemque vitæ consilium est, is unus idemque per totam vitam esse non potest. Neque vero sufficit, quod dictum est, nisi etiam id addideris, quale hoc consilium esse debeat. Quemadmodum enim non eadem est opinio de bonis, quæ quoquo modo bona esse vindicent multitudini, sed de certis quibusdam, hoc est, de communibus; ita etiam id consilium nobis proponendum, quod societati communi et civitati accommodatum est. Ad hoc enim qui omnes suos conatus dirigit, is actions sibi similes præstabit, et hac ratione semper unus idemque erit.

22. Murem montanum et domesticum, et hujus pavorem et trepidationem.

23. Socrates etiam vulgi placita Lamias appellabat, puerulorum terriculamenta.

24. Lacedæmonii peregrinis sub umbra sedem assignabant in spectaculis: ipsi, ubi fors ferebat, considerabant.

25. Socrates Perdicæ, quod ad cœnam non veniebat

ἀπολιμπαῖ, » τουτόστι, μὴ εὖ παθὲν οὐ δυνηθῶ ἀντεύποιῆσαι.

κε'. Ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων γράμμασι παράγγελμα ἔσειτο, συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῆς χρησαμένων.

κε''. Οἱ Πυθαγόρειοι, ἔλανεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀσφράχη, τῷ ὑπομιμνήσκωμενα τῶν ἀρετῶν κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὥσταύ τως τὸ ἐκατὸν ἔργων διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος. Οὐδὲν γάρ προκάλυψα μάτερν.

κη'. Οἶος δὲ Σωκράτης, τὸ κώδιον ὑπεζωμένος, δέτε ή Ξενθίππητα λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε· καὶ ἡ εἶπεν δὲ Σωκράτης τοῖς ἑταῖροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀναχωρήσασι, δέτε αὐτὸν εἴδον οὕτως ἐσταλμένον.

κη''. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν οὐ πρότερον ἀρέτες, πρὶν ἀργοθής. Τοῦτο πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ.

κη'. Δοῦλος πέφυκας, οὐ μέτεστι σοι λόγου.

κη'. Εἴμαν δὲ ἐγέλασσε φίλον καὶ.

κη'. Μέμψονται δὲ ἀρετὴν χαλεποὶ βάζοντες ἀπεστιν.

κη'. Σύνχον χειμῶνος ζητεῖν, μαίνομένου· τοιοῦτος δὲ παιδίον ζητῶν, δέτε οὐκ ἔτι δίδοται.

κη'. Καταριλοῦντα τὸ παιδίον δέν, ἔλεγεν δὲ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιφέργγεσθαι, « Αὔριον ίσως ἀποθανῇ. » — Δύσηγμα ταῦτα. — Οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ τονος ἔργου σημαντικόν. ή καὶ τὸ τοὺς στάχυας θερισθῆναι δύσφημον.

κη'. Όμροξ, σταφυλή, σταφίς, πάντα μεταβολαί, οὐκ εἰς τὸ μή δι, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μή διν.

κη'. Ληστῆς προαιρέσεως οὐ γίνεται· τὸ τοῦ Ἐπίκτητού.

κη'. Τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συγχατατθεσθαι εὑρεῖν, καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς δρμάς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσοντα, ἵνα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικαί, ἵνα κατ' ἀξίαν· καὶ δρέσεως μὲν παντάπασιν ἀτέχεσθαι, ἐκκλησεὶ δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἔφ' ἡμῖν χρῆσθαι.

κη'. Οὐ περὶ τοῦ τυχόντος οὖν, ἔφη, έστιν δὲ ἄγων, ἀλλὰ περὶ τοῦ μαίνεσθαι, ή μή.

κη'. Ο Σωκράτης ἔλεγε· Τί θέλετε; λογικῶν ψυχῆς ἔχειν, ή ἀλόγων; — Λογικῶν. — Τίνων λογικῶν; θγῶν, ή φαύλων; — Υγῶν. — Τί οὖν οὐ ζητεῖτε; — Οτι ἔχομεν. — Τί οὖν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε;

## BIBLION IB.

κη'. Πάντα ἔκεινα, ἔφ' θ διὰ περιόδου εὐχῇ ἔλθειν, ήδη ἔχειν δύνασσαι, ἔλαν μὴ σαυτῷ φθονῆς. Τοῦτο δέ ἔστιν, ἔλαν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπτης, καὶ τὸ μᾶλλον ἐπιτρέψης τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς πρὸς δεσμῆτης καὶ δικαιοσύνην. « Οσιότητα μὲν, ἵνα φιλῆς τὸ ἀπονεμόμενον· σοι γάρ αὐτὸν η φύσις ἔφερε, καὶ σὲ τούτῳ. Δικαιοσύνη δὲ, ἵνα ἐλευθέρως καὶ χωρὶς περιπλοκῆς λέγεις τε τάληθή, καὶ πράσσῃς τὸ κατὰ νόμον, καὶ κατ' ἀξίαν· μη ἐμποδίζῃ δέ σε μῆτρα κακία

« Ne pessimo » inquit, « interitu peream » hoc est, ne gratiam in me collatam referre nequeam.

26. In literis Ephesiorum praeceptum erat, ut semper alicuius ex antiquis, qui virtuti operam dederant, reminiscerentur.

27. Pythagorei mane oculos ad cœlum tollere nos jubent, ut eorum recordemur, quæ in iisdem et eadem ratione suum opus perficiunt, et ordinis ac puritatis nudæque simplicitatis: nullum enim velamentum astri.

28. Qualis fuerit Socrates, quum Xanthippe pallio ejus somptio foras exisset; et quid familiaribus suis dixerit pudore suffusis ac recedentibus, quum eum sic indutum viderent.

29. Nunquam scribendi et legendi præcepta dabis, nisi prius ipse dидiceris. Id multo magis in vita.

30. « Quum liber hand sis, jus loquendi non habes. »

31. « Cor meum mihi risit. »

32. « Virtuti gravibus facient convicia verbis. »

33. Picum hincne querere, inaani est: talis est, qui liberos optat, quando non amplius datur.

34. Filiolum exosculanti præcepit Epictetus, ut intus diceret: « Cras fortasse morieris. » — At hoc mali ominis.

— Nihil, inquit, mali ominis est, quod opus aliquod nature significat, aut etiam « spicas demeti » mali ominis.

35. Uva acerba, matura, passa, omnes mutationes non in nibilum, sed in id, quod nunc non est.

36. Liberi arbitrii latro nullus est. Hoc Epicteti.

37. Artem vero assensum præbendi monebat esse reperiendam et in loco de appetitionibus cautionem servandam, ut sint cum exceptione, ut sint societati utilies, ut cujusque rei dignitatem sequantur, atque appetentia prorsus abstinent dum, aversatione autem ad nihil eorum utendum, quæ nouint in nostra potestate.

38. Non igitur, inquit, certamen est de re vulgari, sed de eo, utrum insaniamus, necne.

39. Socrates: « Quid, inquit, vultis, utrum animas habere eorum, qui ratione prædiū sunt, an eorum, qui ratione carent? » — Eorum, qui ratione sunt prædicti. — « Quorūnam ratione præditorum? sanorum an pravorum? » — Sanorum. — « Quare igitur eas non quæreris? » — Quoniam habemus. — « Quamobrem igitur pugnatis et contenditis? »

## LIBER XII.

1. Omnia illa, que per ambages assequi cupis, jam nunc habere potes, nisi tibi ipse invides, hoc est, si, omisso eo, quod præterit, et eo, quod futurum est, commisso providentiæ, id duntaxat, quod præsens est, ad sanctitatem et justitiam dirigis: ad sanctitatem, ut diligas ea, que tibi destinantur; tibi enim hoc tulit natura et te huic: ad justitiam, ut libere et sine ambagibus veritatem loquaris atque secundum legem et pro cujusque dignitate agas. No vero te impeditat neque alterius malitia, neque opinio,

ἀλλοτρία, μήτε ὑπόληψις, μήτε φωνή, μηδὲ μὴν ἀσθησίς τοῦ περιτεθραμμένου σοι σαρκιδίου· ὅφεται γάρ τὸ πάσχον. Ἐὰν οὖν, διεδήποτε πρὸς ἔσδωμ γένη, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπών, μόνον τὸ ἡγεμονικόν σου καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμῆσης, καὶ μὴ τὸ πάσεσθαι ποτε (τοῦ) ζῆν φοβηθῆς, ἀλλὰ τὸ γε μηδέποτε ἀρξασθαι κατὰ φύσιν ζῆν· ἐστὶ ἀνθρώπος ἄξιος τοῦ γεννήσαντος κόσμου, καὶ πάντη ξένος ὁν τῆς πατρόδος, καὶ θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, καὶ κρεμάσμενος ἐν τοῦδε καὶ τοῦδε.

β'. Ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ γυμνὰ τῶν ὄντων ἀγγείων καὶ φλοιῶν καὶ καθαριμάτων δρᾷ. Μόνῳ γάρ τῷ ἑαυτοῦ νοερῷ μόνων ἀπτεται τῶν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ταῦτα ἐρύπηκότων καὶ ἀπωχετευμένων. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ τοῦτο ἔθησῃ ποιεῖν, τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτοῦ περιαρθήσεις. Ὁ γάρ μὴ τὰ περικείμενα κρεάδια δρῶν, ηπού γε ἐσθῆτα, καὶ οἰκίαν, καὶ δόξαν, καὶ τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ σκηνὴν θεώμενος, ἀσχολήσεται.

γ'. Τρία ἔστιν, ἐξ ὧν συνέστηκας, σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. Τούτων τὰλλα, μέχρι τοῦ ἐπικελεῦσθαι δεῖν, σά ἔστι· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν. Ὁ ἐὰν χωρίστης ἀπὸ σεαυτοῦ, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς σῆς διανοίας, ὃσα ἄλλοι ποιοῦσιν, η λέγουσιν, η δσα αὐτὸς ἐποίησας, η εἶπας, καὶ δσα ὡς μέλλοντα ταράσσει, καὶ δσα τοῦ περικείμενου σοι σωματίου, η τοῦ συμφύτου πνευματίου, ἀπροσέρτα πρόσεστιν, καὶ δσα η ἔξωθεν περιβρέουσα δίνη ἐλίσσει, διστε, τῶν συνειμαρμένων ἔχηρμένην (καὶ) καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν, ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν, ποιοῦσαν τὰ δίκαια, καὶ θελουσαν τὰ συμβαίνοντα, καὶ λέγουσαν τάληθη· ἐὰν χωρίσης, φημι, τοῦ ἡγεμονικοῦ τούτου τὰ προσητρημένα ἐκ προσπαθείας, καὶ τοῦ χρόνου τὰ ἐπέκεινα, η τὰ παρωχηκότα, ποιήσης τε σεαυτὸν, οἷος δὲ Ἐμπεδόκλειος

Σφαῖρος κυκλοτερής, μονῇ περιήθει γάλων,

μόνον τε ζῆν ἔκμελετήσης, δ ζῆς, τουτέστι, τὸ παρόν· δυνήσῃ τὸ γε μέχρι τοῦ ἀποθανεῖν ὑπολειπόμενον ἀταράκτως καὶ εὐγενῶς καὶ θλεως τῷ σαυτοῦ δαίμονι διαβῖναι.

δ'. Πολλάκις ἔθαύμασσα, πῶς ἑαυτὸν μὲν ἔκαστος μᾶλλον πάντων φιλεῖ, τὴν δὲ ἑαυτοῦ περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται, η τὴν τῶν ἄλλων. Ἐὰν γοῦν τινα θεὸς ἐπιστάς, η διδάσκαλος ἔμφρων, κελεύσῃ, μηδὲν καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι, δ μὴ ἀμά [γε] γινώσκων ἔξαιστε, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν τοῦτο ὑπομενεῖ. Οὕτω τοὺς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα, τί ποτε περὶ ἡμῶν φρονήσουσιν, η ἑαυτούς.

ε'. Πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοί, τοῦτο μόνον παρεΐδον, τὸ ἐνίους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάνυ χρηστούς, καὶ πλεῖστον πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβολαια θεμένους, καὶ ἐπὶ πλεῖστον δι' ἔργων δισίων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θείῳ γενομένους, ἐπειδὸν ἀπαξία ἀποθάνωσι, μηκέτι αὐθὶς γίνεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ παντελές ἀπεσθήκεναι; Τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὕτως

neque vox, nec vero sensus carunculae tibi circumdate; nam viderit id, quod patitur. Si igitur, quocunque tandem tempore in exitu futurus sis, ceteris omnibus missis, principalem tui partem et divinam particulam magni aestimaveris neque hoc metueris, ne vivere aliquando desinas, sed ne nunquam naturae convenienter vivere incipias, homo eris mundo, qui te protulit, dignus et desines in patria tua peregrinus esse eaque, quæ quotidie sunt, tanquam inopinata admirari et ab hoc vel illo pendere.

2. Deus mentes omnes hisce corporeis vasis, corticibus, sordibus denudatas videt. Sola enim sua ipsius intelligentia ea tantum attingit, quæ ab ipso in illas derivata ac delibata sunt. Quod ipsum si tu quoque facere adsueveris, multa temet molestia liberabis. Qui enim carnem sibi circumdatam non respicit, is multo minus in veste, domo, gloria et alio hujusmodi cultu et apparatu contemplandis occupabitur.

3. Trias sunt, ex quibus constas: corpusculum, animula, mens. Horum reliqua, quatenus eorum cura tibi demandata est, tua sunt, tertium autem solum proprie tuum. Quamobrem si a te ipso, hoc est, a mente tua separaveris quæcumque alii dicunt et faciunt, et quæcumque ipse dixisti et fecisti et quæcumque ut futura conturbant et quæcumque vel circumdati corpusculi vel huic congenitæ animulæ non tui sunt arbitrii, et quæcumque extrinsecus circumfluens vertigo volvit, ita ut vis intelligendi rebus a fato obvenientibus exempta, pura ac libera apud se ipsam vivat, justa agens; ea, quæ accident, libenter accipiens et, quæ vera sunt, loquens; si, inquam, a mente haec separaveris, quæ e communi cum corpore affectione ei adhærent et temporis id, quod futurum est, ei id, quod præteriit, teque ipse feceris talem, qualis est globus Empedocleus :

« Orbis teres mansione letifica gaudens. »

atque id tantum temporis, quod vivis, hoc est præsens, bene ut vivas studueris, poteris id, quod usque ad mortem relinquitur vita, tranquillus, generosus et genio tuo proprius transigere.

4. Sæpenumero mirari soles, quomodo fiat, ut, quomodo sese magis quam alios quisque diligt, suam tamen ipsius de se opinionem minoris faciat, quam aliorum. Igitur si cui deus aut prudens præceptor adstans ei præciperet; ne quidquam cogitaret aut animo conciperet, quod non, simulatque conceperit, proferre posset; ne unum quidem diem id sustineret. Adeo magis alios, quid de nobis sentiant, veremur, quam nos ipsos.

5. Quomodo fit, ut dii, qui pulcre et cum singulari erga genus humanum amore omnia disponuerunt, hoc neglexerint, quod inter homines etiam ii, qui admodum probi sunt, qui quasi plurima cum diis commercia habent illisque per opera pia et sacra ministeria maxime familiares extiterunt, postquam semel defuncti sunt, non amplius reducantur, sed prorsus extinguantur? Hoc si quidem sic se

ἔχει, εὖ ισθι, δτι, εἰ ἡνὶ ἔτερως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν. Εἰ γάρ δίκαιοις ἦν, οὐδὲν καὶ δυνατόν, καὶ εἰ κατὰ φύσιν, θηγεκεν ἀντὸν ἡ φύσις. Ἐκ δὴ τοῦ μὴ οὕτως ἔχειν, εἰπερ οὐχ οὕτως ἔχει, πιστούσιν σοι, τὸ μὴ δεῖσαι οὕτω γίνεσθαι. Ὁρᾶς γάρ καὶ αὐτὸς, δτι τοῦτο παραξήτων δίκαιοιογῆ πρὸς τὸν θεόν· οὐχ ἀν δ' οὕτω διελεγομέθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἀριστοὶ καὶ δίκαιοιτατοὶ εἰσιν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐχ ἀν τι περιεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἡμελημένον τῶν ἐν τῇ διακοσμήσει.

ζ'. Ἐθίζε καὶ στα ἀπογινώσκεις. Καὶ γάρ ή χειρή ή ἀριστερά, πρὸς τὰ ἄλλα διὰ τὸ ἀνένθιστον ἀργὸς οὔσα, τοῦ χαλινοῦ ἐρρωμενότερον, η̄ η̄ δεξιά, κρατεῖ. Τούτο γάρ εἴθισται.

ζ'. Ὄποιον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου καὶ σώματι καὶ ψυχῇ· τὴν βραχύτητα τοῦ βίου, τὴν ἀχάνειαν τοῦ δπίσω καὶ πρόσω αἰώνος, τὴν ἀσθέειαν πάσης ὥλης.

η'. Γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀναφορὰς τῶν πράκεων· τὸ πόνος· τὸ ήδονή· τὸ θάνατος· τὸ δόξα· τὶς ὁ ἐστι τὸ δσχολίας αἰτιος· πῶς οὐδὲν οὐπ' ἄλλου ἐμποδίζεται· δτι πάντα ὑπόληψις.

θ'. Ὄμοιον δ' εἶναι δεῖ, ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει, παγκρατιστῇ, οὐχὶ μονομάχῳ· δὲν γάρ τὸ ξίφος, οὐ χρῆται, ἀποτίθεται καὶ ἀναριεῖται· δὲ τὴν χειρα ἀεὶ ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο, η̄ συστρέψαι αὐτὴν, δεῖ.

ι'. Ὄποια αὐτὰ τὰ πράγματα, δρῦν, διαιροῦντα εἰς ὥλην, αἴτιον, ἀναφοράν.

ια'. Ἡλίκην ἔξουσίαν ἔχει ἀνθρώπος μὴ ποιεῖν ἄλλο, η̄ δπερ μὲν διεί τὸ θεός ἐπαινεῖν, καὶ δέχεσθαι πᾶν, δὲν νέμην αὐτῷ δὲν θεός.

ιβ'. Τὸ ἔξης τῇ φύσει μήτε θεός μεμπτέον· οὐδὲν γάρ ἔχοντες, η̄ ἀκοντες, ἀμαρτάνουσι, μήτε ἀνθρώποις οὐδὲν γάρ οὐχὶ ἔχοντες. Ποτε οὐδὲν μεμπτέον.

ιγ'. Πῶς γελοῖος καὶ ξένος, δ θαυμάζων διοιούν τῶν ἐν τῷ βίῳ γινομένων;

ιδ'. Ἡτοι ἀνάγκη εἰμαρμένη, καὶ ἀπαράβατος τάξις, η̄ πρόνοια ὥλαστιμος, η̄ φυρμὸς εἰκαστητος ἀπροστάτητος. Εἰ μὲν οὖν ἀπαράβατος ἀνάγκη, τὶ ἀντιτείνεις; Εἰ δὲ πρόνοια, ἐπιδειχομένη τὸ ὥλασκεσθαι, δῖον σαυτὸν ποίησον τῆς ἐν τοῦ θεού βοηθείας. Εἰ δὲ φυρμὸς ἀνηγεμόνευτος, δσμένικε, δτι ἐν τοιούτῳ τῷ κλύδωνι αὐτὸς ἔχεις ἐν σαυτῷ τινα νοῦν ἡγεμονικὸν. Καν παραφέρῃ σε δ κλύδων, παραφερέτω τὸ σαρκίδιον, τὸ πνευμάτιον, τὰλλα· τὸν γάρ νοῦν οὐ παρόσται;

ιε'. Η τὸ μὲν τοῦ λύχνου φῶς, μέχρι σθεοθῆ, φαίνει, καὶ τὴν αὐγὴν οὐκ ἀποβάλλει· η̄ δὲ ἐν σοι. ἀλγήσει, καὶ δικαιούσην, καὶ σωφροσύνην προαποσθέσται;

ιζ'. Ἐπὶ τοῦ φαντασίαν παρασχόντος, δτι θμαρτεῖ, Τί δαλ οἶδα, εἰ τοῦτο ἀμάρτημα; εἰ δὲ καὶ θμαρτεῖ, δτι (οὐ) κατέχρινεν αὐτὸς ἔσατόν; καὶ οὕτως δμοιον τοῦτο τῷ καταδρύπτειν τὴν ἔσατον δψιν. Ὅτι δ μὴ θελων τὸν φαῦλον ἀμαρτάνειν, δμοιος τῷ μὴ θελοντι τὴν συκῆν ὅπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, καὶ τὰ βρέφη κλαυθμαρτίζεσθαι, καὶ τὸν ἵππον χρεμετίζειν, καὶ δσα

habet, certo scito, si aliter se habere deberet, deos sic res instituturos fuisse. Nam si justum esset, fieri quoque posset, et si naturae consentaneum esset, natura id ferret. Ex eo igitur, quod non ita se habet, si quidem non ita habet, persuasum habe, non oportuisse id fieri. Ipse quoque intelligis, te in hac rei indagatione cum deo de jure disceptare, cum diis vero non ita ageremus, nisi optimi et iustissimi essent. Quod si ita est, nihil contra justitiae ac rationis legem in mundi dispositione neglectum prætermiserint.

6. Adsuesce etiam iis, quae fieri posse desperas: nam etiam sinistra manus, quum ad alia opera ob desuetudinem iners sit, frenum tamen validius, quam dextra, tenet; et enim rei adsueta est.

7. Qualem oporteat deprehendi a morte tum corpore tum animo; brevitatem vitæ, immensitatem ævi præteriti ac futuri et omnis materiae imbecillitatem considera.

8. Nudatas corticibus contemplari formas; et quo referantur actiones; quid dolor; quid voluptas; quid mors; quid gloria; quis sibi ipse molestiarum auctor; quomodo nemo ab alio quoquam impeditatur; omnia in opinione sita.

9. Similem esse oportet in decretorum usu pancratiaſtæ, non gladiatori; hic enim gladium, quo utitur, deponit et interficitur; ille vero manum semper præsto habet, neque alia re opus habet, quam ut manum contorqueat.

10. Quales sint res ipse intueri, divisione facta in materiam, formam et rationem, in qua sunt ad alias res.

11. Quanta homini est potentia, ut nihil aliud faciat, nisi quod Deus probaturus sit, et libenter accipiat, quidquid Deus illi assignarit.

12. Quidquid naturae consequens est, de eo nec dii sunt accusandi, quippe qui nihil nec sponte neque inviti peccant, neque homines; hi enim nihil non inviti peccant. Ergo nihil accusandum.

13. Quam ridiculus ac peregrinus, qui quidquid est eorum, quae in mundo fiunt, admiratur!

14. Aut necessitas fatalis et ordo inviolabilis, aut providentia placabilis, aut confusio temeraria sine summo aliquo rectore. Si igitur necessitas inviolabilis, cur reluctaris? si vero providentia, quæ placari possit, auxilio divino dignum te præsta; si mera confusio, quæ rectore caret, eo contentus esto, quod in tanto rerum fluctu in te ipso mentem aliquam rectricem habes. Quodsi æstus ille te corripuerit, carunculam, animulam et reliqua abripiat! mentem enim non abripiet.

15. An vero erit, ut lucernæ lumen, donec extinguitur, luceat, et splendorem non amittat; in te autem veritas et justitia et temperantia prius extinguantur?

16. Si quis opinionem tibi excite, quasi peccavit, tu tecum: Num certo mihi constat, an hoc sit peccatum? aut si peccaverit, an se ipse peccati reum non damnaverit? Hoc enim perinde est ac si suum ipsius vultum dilaceret. Eum, qui nolit, improbum peccare, similem esse ei, qui nolit sicut in fructibus succum ferre, et infantes vagire et equum hinnire et quæ alla sunt necessaria. Quid enim

ἀλλα ἀναγκαῖα. Τί γὰρ πάλι, τὴν ἔξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ οὖν γοργὸς εἶ, ταύτην θεράπευσον.

ιζ'. Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξης· εἰ μὴ ἀληθές ἐστι, μὴ εἰπῆς. Ἡ γὰρ δρμῆτου ἔστω.

ιη'. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ δρᾶν, τί ἐστιν αὐτὸ ἔκεινο τὸ τὴν φαντασίαν τοι ποιοῦν, καὶ ἀναπτύσσειν, διαιροῦντα εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὄντα, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν χρόνον, ἐντὸς οὗ πεπαῦσθαι αὐτὸ δεήσται.

ιθ'. Αἰσθου ποτέ, διτὶ κρείττον τί καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάλη ποιούντων, καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων σε. Τί μου νῦν ἐστιν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑποψία; μὴ ἐπιθυμία; μὴ ἄλλο τι τοιοῦτον;

ιχ'. Πρῶτον, τὸ μὴ εἰκῇ, μηδὲ ἀνεψορᾶς. Δεύτερον, τὸ μὴ ἐπ’ ἄλλο τι, ἢ ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος τὴν ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι.

ια'. "Οτι μετ' οὐ πολὺ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἐσῃ, οὐδὲ τούτου τοῦ, οὐ νῦν βλέπεις, οὐδὲ τούτων τις τῶν νῦν βιούντων. Πάντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν, ἵνα ἔτερα ἐφεξῆς γίνηται.

ιβ'. "Οτι πάντα ὑπόληψις· καὶ αὐτὴ ἐπὶ σοι. Ἀγον οὖν, δτε θελεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν, γαλήνην, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων.

ιγ'. Μία καὶ ήτισοῦν ἐνέργεια, κατὰ καιρὸν πανσαμένη, οὐδὲν κακὸν πάσχει, καθ’ ὅ πέπαυται· οὐδὲ ὁ πράξας τὴν πράξιν ταύτην, κατ’ αὐτὸ τοῦτο, καθ’ ὅ πέπαυται, κακόν τι πέπονθεν. Ὁμοίως οὖν τὸ ἐκ πασῶν τῶν πράξεων σύστημα, διπερ ἐστὶν δ βίος, ἐάν ἐν καιρῷ παύστηαι, οὐδὲν κακὸν πάσχει κατ’ αὐτὸ τοῦτο, καθ’ ὅ πέπαυται· οὐδὲν δ καταπαύσας ἐν καιρῷ τὸν εἴρημὸν τοῦτον, κακῶς διετέθη. Τὸν δὲ καιρὸν, καὶ τὸν δρόν δίδωσιν ἡ φύσις, ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἴδια, δταν ἐν γῆρᾳ, πάντως δὲ ἡ τῶν θλων· ἵνα τῶν μερῶν μεταβαλλόντων, νεκρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος δ σύμπτυχος κόσμος διαμένει. Καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὄραῖον τὸ συμφέρον τῷ διλοφῷ. Ἡ οὖν κατάπαυσις τοῦ βίου ἔκστω ὡς κακὸν μὲν, δτι οὐδὲ αἰσχρόν· εἰπερ καὶ ἀπροάρτεον, καὶ οὐκ ἀκοινώνητον· ἀγαθὸν δὲ, εἰπερ τῷ θλῷ καριον καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ θεοφρόσυτος, δ φερόμενος κατὰ ταῦτα θεῷ, καὶ ἐπὶ ταῦτα τῇ γνώμῃ φερόμενος.

ιδ'. Τρία ταῦτα δεῖ πρόγειρα ἔχειν. Ἐπτὶ μὲν δῶν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῇ, μήτε ἄλλως, ἢ ὡς ἀν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήργησεν· ἐπὶ δὲ τῶν ἔξιθεν συμβινόντων, δτι ητοι κατ’ ἐπιτυχίαν, ἢ κατὰ πρόνοιαν· οὔτε δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ μεμπτέον, οὔτε τῇ προνοίᾳ ἐγχλητέον. Δεύτερον, τὸ δποῖον ἔκστον ἀπὸ σπέρματος μέχρι ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ ψυχώσεως μέχρι τοῦ τῇ ψυχὴν ἀποδοῦνται, καὶ ἔξ οίων ἡ σύγχρισις, καὶ εἰς ὅλη ἡ λυσίς. Τρίτον, εἰ ἀρνω μετέωρος ἔξαρθεὶς καταστέψαι τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυτροπίαν, δση, κατανοήσαις, συνιδὼν ἄμα καὶ δσον τὸ περιοικοῦ ἐναερίων καὶ ἐναιθερίων· δτι, δσάκις ἀν-

allud facere potuit, quum tales habitum habeat? Si igitur strenuus es, hunc habitum sana.

17. Si non convenit, noli id facere; si non est verum, noli id dicere. Tuus enim esto impetus.

18. Universum semper intueri, quid sit ipsum illud, quod opinionem in te excitat, idque diligenter explicare dividendo in causam et materiam et consilium, quo existet, et tempus, intra quod finem sit habiturum.

19. Sentias fac tandem aliquando, esse aliquid in te præstantius et divinius, quam ea, quae affectus movent atque omnino tanquam fidiculis te trahunt. Quid mihi nunc est mens? num metus? num suspicio? num libido? num aliud quid ejusmodi?

20. Primum, ne quid temere aut sine certo consilio. Deinde, ut non alio, nisi ad societatis salutem referatur.

21. Brevi neque ipse ullus usquam eris, nec quidquam eorum, quae vides, neque eorum, qui nunc vivunt, quisquam. Omnia enim ita nata sunt, ut mutentur, vertantur, intereant, ut inde alia sua quæque serie oriantur.

22. Omnia, opinio; et hæc in te sita est. Tolle igitur, quando libet, opinionem, atque, ut promontorium prævecto mari tranquillitas, sic tibi omnia serena et portus estu vacans.

23. Una aliqua quæcumque demum est actio, quæ suo tempore desiit, nihil mali patitur eo, quod desiit; neque is, qui illius actionis auctor est, eo, quod illa desiit, mali quid patitur. Eodem igitur modo omnium actionum complexus, qui vita dicitur, si tempore suo desinet, nihil inde mali patitur, quod desiit, nec qui suo tempore huic seriei finem fecit, male affectus est. Tempus autem ac terminum natura constituit, interdum propria, ut in senectute, omnino autem universi natura, cuius partibus sese mutantibus, novus semper ac vegetus totus mundus permanet. Pulcrum autem semper et tempestivum, quod universo prodest. Cessatio igitur vitæ singulis quidem non est malum, quia neque inhonesta est, siquidem neque a potestate nostra pendet nec societati repugnat; bonum autem, si quidem universo tempestiva et commoda est et cum eo fertur. Ita enim etiam numine divino fertur, qui eadem, qua deus, via fertur et mente sua ad eadem fertur.

24. Hæc tria in promptu haberi oportet: in iis, quæ agis ne quid temere agas aut secus, quam ipsa justitia egisset; in iis vero, quæ extrinsecus accidunt, ea vel casu fortuito vel providentia evenire, et neque fortunam culpandam, neque de providentia querendum. Secundum, quale unumquodque sit a semente usque ad animationem, ab animatione usque dum animam reddit, ex qualibus conditum sit, et in qualia dissolvatur. Tertium, si repente in sublimi elatus res humanas cerneret, earumque, quanta esset, varietatem considerares, eodem conspectu comprehensens quantum undique aeriorum et æthiorum sedes suas habet, te, quotiescumque evectus essem, eadem semper vi-

ἄξαρθῆς, ταῦτὰ δύει, τὸ δμοειδὲς καὶ τὸ διλιγοχρόνιον.  
Ἐπὶ τούτοις δὲ τύφος;

κε'. Βάλε ἔκω τὴν ὑπόδηληψιν σέσωσαι. Τίς οὖν δικαίων ἐκβάλλειν;

κε'. Ὁταν δυσφορῆς ἐπὶ τινι, ἐπελάθου τοῦ, διὰ πάντα κατὰ τὴν τῶν θιων φύσιν γίνεται, καὶ τοῦ, διὰ τὸ ἀμαρτανόμενον ἀλλάστριον, καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ, διὰ πᾶν τὸ γινόμενον οὕτως ἀεὶ ἐγίνετο, καὶ γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται, καὶ τοῦ, δογῇ ἡ συγγένεια ἀνθρώπου πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος οὐ γάρ αἰματιοῦ, οὐ σπερματίνου, ἀλλὰ νῦν κοινωνία. Ἐπελάθου δὲ καὶ τοῦ, διὰ δὲ ἐκάστου νοῦς θεός, καὶ ἐκεῖθεν ἐρρύνητε τοῦ, διὰ οὐδὲν ίδιον οὐδενὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ τεκνόν, καὶ τὸ σωμάτιον, καὶ αὐτὸς τὸ ψυχάριον ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν τοῦ, διὰ πάντη ὑπόδηληψις τοῦ, διὰ τὸ παρὸν μόνον ἔκαστος ζῆται, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει.

κε'. Συνεχῶς ἀναπολεῖν τοὺς ἐπὶ τινι λίαν ἀγανακτήσαντας, τοὺς ἐν μεγίσταις δόξαις, οὐ συμφοραῖς, οὐ ἔχθραις, οὐ δοπιασιοῦν τύχαις ἀκμάσαντας εἰτα ἐφιστάνειν, ποῦ νῦν πάντα ἐκείνα; καπνός, καὶ σποδός, καὶ μῆθος, οὐδὲν μῆδος. Συμπροσπιπτέων δὲ καὶ τὸ τοιοῦτο πᾶν, οἶνος Φάρνιος Κατουλλῖνος ἐπ' ἄγρον, καὶ Λούσιος Λοῦπος ἐν τοῖς κήποις, καὶ Στερείνιος ἐν Βασιάις, καὶ Τιβέριος ἐν Καπρίαις, καὶ Οὐρήλιος Ροῦφος, καὶ θλως η πρὸς δτοῦν μετ' οἰήσεως διαφορά· καὶ ὡς εὐτέλες πᾶν τὸ καττεντεινόμενον καὶ δοψι φιλοσοφώτερον τὸ ἐπὶ τῆς δοθείστης θλῆς ξαυτὸν δίκαιον, σώφρονα, θεοῖς ἐπόμενον ἀρελῶς παρέχειν. Οὐ γάρ ὑπὸ ἀτυφίᾳ τύφος τυφόμενος, πάντων γαλεπάτατος.

κε'. Πρὸς τοὺς ἐπιζητοῦντας, « Ποῦ γάρ ίδων τοὺς θεοὺς, οὐ πόθεν κατευηφώς, διὰ εἰσὸν, οὕτω σέβεις; » πρῶτον μὲν καὶ δύει δρατοὶ εἰσὶν ἐπειτα μέντοι οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ ἐώρακα, καὶ δμως τιμῶ. Οὕτως οὖν καὶ τοὺς θεοὺς, ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐκάστοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων, διὰ τε εἰσὶν, καταλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι.

κε'. Σωτηρία βίου, ἔκαστον δι' θιου αὐτὸς τὸ ἔστιν δρᾶν, τι μὲν αὐτοῦ τὸ ὑλικὸν, τι δαὶ τὸ αἰτιῶδες; ἐξ θλῆς τῆς ψυχῆς τὸ δίκαια ποιεῖν, καὶ τάληθη λέγειν. Τί λοιπόν; οὐδὲν τοῦ ζῆν, συνάπτοντα ἀλλοὶ ἐπ' ἀλλῷ ἀγαθὸν, ὅστε μηδὲ τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολεῖταιν.

λ'. Ἐν φῶς τὴν, καὶ διείργηται τοῖχοι, δρεστιν, ἀλλοὶ μυρίοις. Μία οὐσία κοινὴ, καὶ διείργηται ίδιως ποιοῖς σώμασι μυρίοις. Μία ψυχὴ, καὶ φύσει διείργηται μυρίαις καὶ ίδιαις περιγραφαῖς. Μία νοερὰ ψυχὴ, καὶ διακεχρέσθαι δοχῇ. Τὰ μὲν οὖν ἀλλα μέρη τῶν εἰρημένων, οἶνος πνεύματα καὶ ὑποκείμενα, ἀναίσθητα καὶ ἀνοικεῖσθαι ἀλλήλοις· κατοι κακεῖνα τὸ νοοῦν συνέχει καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βρῆν. Διάνοια δὲ ίδιως ἐπὶ τὸ διμόρφυλον τείνεται, καὶ συνίσταται, καὶ οὐ διείργεται τὸ κοινωνικὸν πάθος.

λα'. Τὶ ἐπιζητεῖς; τὸ διαγίνεσθαι; ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι; τὸ δρμῆν; τὸ αἴξεσθαι; τὸ λήγειν αἴθις; τὸ φωνῆ

surum esse ejusdemque generis res, easque ad breve tempus duraturas. De his fastus!

25. Ejice foras opinionem, salvus eris. Quis igitur prohibet, quominus eam ejicias?

26. Quando aliquid moleste fers, oblitus es, omnia secundum naturam universitatis fieri; tum vero, alterius peccatum a te alienum esse; præterea, omnia, quæ nunc siant, semper ita facta esse et futura esse et nunc ubique fieri; porro, quam sancta sit hominis cum universo hominum genere cognatio, non enim sanguinis et seminis, sed mentis communio est. Oblitus vero etiam es hujus, quod animus uniuscujusque ratione prædictus deus est et inde fluxit; tum porro, nihil cuiquam esse proprium, sed et filiolum et corpusculum et ipsam animalulam inde fluxisse; porro, omnia in opinione sita esse, denique, unumquemque id tantum temporis, quod præsens est, et vivere et amittere.

27. Continuo recolere memoriam eorum, qui aliqua de re vehementer indignati sunt, qui summis honoribus aut calamitatibus aut inimicitiis aliave quacunque fortuna nobilitati sunt, deinde reputare, ubi nunc illa omnia? Fumus et cinis et fabula aut ne fabula quidem. Succurrant tibi porro quæ hujus generis sunt omnia, ut Fabius Catullinus rure, Lucius Lupus in hortis, Stertinus Baiis, Tiberius Capreis, Velius (?) Rufus, et quidquid est hujusmodi vehementis studii, quod opinione nititur; et quam vile omne, quod intenditur, quanto magis philosophum deceat, in quavis data materia justum, temperantem et diis simpliciter obedientem se præstare. Fastus enim sub modestia gliscens omnium maxime intolerabilis.

28. Interrogantibus, « Ubi deos conspicatus aut, unde compertum habens, eos esse, eos ita veneraris? » primum etiam visu percipi possunt; deinde vero, neque animum meum vidi et tamen eum in honore habeo. Sic igitur etiam deos ex iis, quibus quoquo tempore eorum vim experior, et esse intelligo et eos veneror.

29. Vitæ salus, res singulas ex omni parte, quid sint, intueri, quæ earum sit materia, quæ forma: toto ex animo, quæ justa sunt, facere; quæ vera sunt, dicere. Quid reliquum est? quam ut vita fruaris, bonum alii bono ita adnectens, ut ne minimum quidem spatium relinquatur.

30. Unum lumen solis, etiamsi muris, montibus, aliisque innumerabilibus dividatur. Una communis materia, etiamsi innumeris corporibus certo modo constitutis dividatur. Una anima, etiamsi naturis innumerabilibus et propriis limitibus dividatur. Unus animus ratione prædictus, etiamsi diremptus esse videatur. Ceteræ vero rerum, quas dixi, partes, ut spiritus et materiæ substrata, sensus expertes et a communionis studio alienæ: quamquam etiam has mens continet, et gravitas, quæ eas in eundem locum cogit. Mens autem singulari quadam modo ad naturas ejusdem generis fertur, neque divellitur ab ea societatis studiū.

31. Quid præterea expetis? diutius in vita esse? an vero sentire? animo moveri? crescere? rursus denasci? voce

χρῆσθαι; τὸ διανοεῖσθαι; τί τούτων πόθου σοι ἔξιον δοκεῖ; Εἰ δὲ ἔκαστα εὐκαταφρόνητα, πρόσθιν ἐπὶ τελευταῖον, τὸ ἀπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ. Ἀλλὰ μάχεται τῷ τιμῶν ταῦτα τὸ ἀχθεσθαι, εἰ διὰ τοῦ τεθνηκέναι στρήσεται τις αὐτῶν.

λε'. Πόστον μέρος τοῦ ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς αἰώνος ἀπομεμέρισται ἔκαστον; τάχιστα γάρ ἐναφανίζεται τῷ ἀιδίῳ. Πόστον δὲ τῆς θλῆς οὐσίας; πόστον δὲ τῆς θλῆς ψυχῆς; ἐν πόστῳ δὲ βωλαριώ τῆς θλῆς γῆς ἔρπεις; πάντα ταῦτα ἐνθυμούμενος, μηδὲν μέγα φαντάζου, η̄ τὸ, ὃς μὲν ἡ σὴ φύσις ἄγει, ποιεῖν, πάσχειν δὲ, ὃς ἡ κοινὴ φύσις φέρει.

λγ'. Πῶς ἔαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν; Ἐν γάρ τούτῳ τὸ πᾶν ἔστι. Τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ προαιρετά ἔστιν, η̄ ἀπροαιρετά, νεκρὰ καὶ καπνός.

λδ'. Πρὸς θανάτου καταφρόνησιν διεγερτικάτατον, θεὶ καὶ οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν καὶ τὸν πόνον κακὸν κρίνοντες, δύως τούτου κατεφρόνησαν.

λε'. Ω̄ τὸ εὔκαιρον μάνον ἀγαθὸν, καὶ ὅ τὸ πλείους κατὰ λόγον δρόθνον πράξεις ἀποδοῦναι τῷ δλιγωτέρχε ἐν λοιῷ ἔστι, καὶ ὥ τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλείον, η̄ ἐλάσσονι χρόνῳ οὐ διαφέρει, τούτῳ οὐδὲ δ θάνατος φοβερόν.

λζ'. Ἀνθρώπε, ἀπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει· τί σοι διαφέρει, εἰ πέντε ἔτεσιν, (ἢ τρισι;) τὸ γάρ κατὰ τοὺς νόμους, ίσον ἔκαστῳ. Τί οὖν δεινὸν, εἰ τῆς πολεως ἀποπέμπει σε οὐ τύραννος, οὐδὲ δικαστῆς ἀδίκος, ἀλλ' ἡ φύσις ἡ εἰσαγαγοῦσσα; οἶον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς δ παραλαβὼν στρατηγός. — Ἀλλ' οὐχ εἴπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ τὰ τρία. — Καλῶς εἴπας ἐν μέντοι τῷ βίῳ τὰ τρία διλον τὸ δράμα ἔστι. Τὸ γάρ τελειον ἔκεινος δρᾷει δ τότε μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς διαλύσεως αἵτιος σὺ δὲ ἀναίτιος ἀμφοτέρων. Ἀπιθι οὖν θεως· καὶ γάρ δ ἀπολύων θεως.

ut? cogitare? Ecquid horum tibi videtur desiderio dignum? Quodsi haec singula satis vilia sunt, progredere ad ultimum, Deum et rationem sequi. Horum autem cultui repugnat, inique ferre, si quis per mortem his cariturus sit.

32. Quantula pars infiniti et immensi ævi unicuique assignata est? celerrime enim in æternitate evanescit. Quantula totius materiæ? quantula totius animæ? in quantula totius terræ glebula repis? Haec omnia tecum reputans nihil magni facias, nisi hoc, ut agas, quemadmodum natura tua jubet, et feras, ut communis natura fert.

33. Quomodo mens se ipsa utitur? In hoc enim sita sunt omnia. Reliqua \* non tui sunt arbitrii; si non tui arbitrii, cadavera et sumus.

34. Maximam vim ad mortis contemptum excitandum habet hoc, quod etiam ii, qui dolorem pro malo et voluptatem pro bono habebant, eam contempserunt.

35. Cui id tantum, quod tempestivum, bonum est, et cui perinde est, plures an pauciores secundum rectam rationem actiones exegerit, et cuius nihil refert utrum longiore an brevior temporis spatio mundum contemplatus sit, huic mors quoque non est formidini.

36. Homo, civis fuisti in magna hac civitate. Quid tua interest, utrum quinque annis, an tribus? Quod enim sit secundum legem, id aequum est unicuique. Quid igitur adeo grave est, si hac civitate te emitit, non tyranus, non injus tus iudex, sed natura, qua te in eam induxit? perinde ac si histriōnē idem practor, qui eum conduit, e scena dimittit — Verum quinque actus fabulæ non peregi, sed tres tantum. — Recte dicas; in vita tamen etiam tres actus totam fabulam constituant. Finem enim determinat is, qui olim concretionis auctor fuit, et nunc dissolutionis auctor est; tu vero neutrius auctor es. Abi igitur propitius; nam is quoque, qui te exsolvit, propitius est.



# INDEX NOMINUM.

---

## A

Adrianus, IV, 33; VIII, 5, 25, 37; X, 27.  
Æsculapius, V, 8; VI, 43.  
Agrippa, VIII, 31.  
Alciphron, X, 31.  
Alexander, grammaticus, I, 10.—Platonicus, I, 12—Macedo, III, 3; VI, 24; VIII, 3; IX, 29; X, 27.  
Antisthenes. Antisthenicum, VII, 36.  
Antoninus, IV, 33; VI, 26, 30, 44; VIII, 25; X, 27.  
Apollonius, I, 8, 17.  
Archimedes, VI, 47.  
Aretus, VIII, 31.  
Athenodotus, I, 13.  
Athos, VI, 36.  
Augustus, IV, 33; VIII, 5, 31.

## B

Bacchius, I, 6.  
Baiae, XII, 27.  
Beatorum insulae, X, 8.  
Benedicta, I, 17.  
Brutus, I, 14.

## C

Cæcidianus, IX, 50.  
Cæsar (Gaius), III, 3; VIII, 3.  
Cæso, IV, 33.  
Caieta, I, 17.  
Camillus, IV, 33.  
Capreæ, insula, XII, 27.  
Carnuntum, II, 17.  
Cato, I, 14; IV, 33.  
Catullinus. *Vid.* Fabius.  
Catulus, I, 13.  
Cecrops, IV, 23.  
Celer, VIII, 25.  
Chabrias, VIII, 37.  
Chaldæi, III, 3.  
Charax, VIII, 25.  
Chrysippus, VI, 42; VII, 19.  
Clotho, IV, 34.  
Crates, VI, 13.  
Crito, X, 31.  
Crœsus, X, 27.

## D

Demetrius, Platonicus, VIII, 25—Phalereus, IX, 29.  
Democritus, III, 3.  
Dio, I, 14.  
Diogenes, VIII, 3.  
Diogenetus, I, 6.

Diotimus, VIII, 25, 37.  
Domitius, I, 13

## E

Empedocles, XII, 3.  
Epictetus, VII, 19; XI, 34, 36; ejus libri commentarii, I, 7.  
Epicurus, IX, 41.  
Epitynchanus, VIII, 25.  
Eudæmon, VIII, 25.  
Eudoxus, VI, 47.  
Euphrates, X, 31.  
Eutyches, X, 31.  
Eutychio, X, 31.  
Eutychius, I, 6.

## F

Fabius Catullinus, XII, 27.  
Faernus (liquor), VI, 13.  
Fanstina, VIII, 25.  
Fronto, I, 11.

## G

Gaius. *Vid.* Cæsar.  
Granua, fluvius, I, 17.

## H

Helice, IV, 48.  
Helvidius, I, 14.  
Heracitus, III, 3; VI, 42, 47; VIII, 3.  
Herculanum, IV, 48.  
Hipparchus, VI, 47.  
Hippocrates, III, 3.  
Hymen, X, 31.

## I, J

Julianus, IV, 50.

## L

Lacedæmonii, XI, 24.  
Lamia, XI, 23.  
Lanuvium, I, 16.  
Leonatus, IV, 33.  
Lepidus, IV, 50.  
Lorium, I, 16.  
Lucilla, VIII, 25.  
Lucius Lupus, XII, 27.  
Lupus. *Vid.* Lucius.

## M

Mæcenas, VIII, 31.  
Marcianus, I, 6.  
Maximus, I, 16, 17; VIII, 25.  
Menippus, VI, 47.  
Monimus, II, 15.

## N

Nero, III, 16.

## O

Origanio, VI, 47.

## P

Panthea, VIII, 37.  
Perdiccas, XI, 25.  
Pergamus, VIII, 37.  
Phalaris III, 16.  
Philippus, IX, 29; X, 27.  
Philistio, VI, 47.  
Phocio, XI, 13.  
Phœbus, VI, 47.  
Plato, VII, 48; IX, 29; X, 48.  
Pompeii, IV, 48.  
Pompeius, III, 3; VIII, 3.  
Pythagoras, VI, 47.  
Pythagorei, XI, 27.

## Q

Quadi. *Vid.* Granua.

## R

Rusticus, I, 7, 17.

## S

Sarmatae, I, 10.  
Satyro, X, 31.  
Scipio, IV, 33.  
Secunda, VIII, 25.  
Severus, I, 14; X, 31.  
Sextus, I, 9.  
Silvanus, X, 31.  
Sinuessa, I, 7.  
Socrates, I, 16; III, 3, 6; VI, 4; VII, 19, 66; VIII, 3; XI, 23, 26, 28, 39.  
Socraticus, X, 31.  
Stertilius, XII, 27.

## T

Tandasis, I, 6.  
Telauges, VII, 66.  
Tiberius, XII, 27.  
Trajanus, IV, 32.  
Tropæophorus, X, 31.  
Tuscula, I, 16.

## U, V

Velius Rufus, XII, 27.  
Verus, Marci avus, I, 1; VIII, 37.—  
Marci frater adoptivus, VIII, 25.

Vespasianus, IV, 32.

Volesus, IV, 33.

## X

Xanthippe, XI, 28.  
Xenocrates, VI, 13.  
Xenophon, X, 31.

